

AB

153334

Handwritten text on the spine edge, possibly including 'mja', 'fo', 'wi', 'ph:'.



Farmare fragmenta
pingere

nein!

Dbl Vg 738. **Le. 6**

Theologie

D. VIII 359.

Memorare o homo Creatoris tui
in diebus Juventutis tuae.

Verum est, et quoque Certum, omnia
opera nostra bona & in minimam Christi.
Stiana, in Christo Consumari et
perfecta fieri: nemo negabit, igitur
bona opera esse necessaria ad salutem

Handwritten text in a medieval script, likely Gothic or similar, written on a narrow strip of parchment. The text is arranged in several lines, with some words appearing to be in red ink (rubrication). The script is dense and difficult to decipher without specialized knowledge of the language and script.



Lachinidion locor, Compendium
nis Etkkij aduersus Martini
et asserlas eius

Anno xxix Mense Iunio. dedicata
Reuer: in Chro. principi ut Dom: D: Com vado
a Töngen Herbipol: Episc: ac fruarie Ori
entalis Duc: Dom: suo obseruati:

Nō axioma de a Varrone, ploguam et est
sententia in q̄ nihil desiderat. ut supio
Nūmantiā delimit. Et op̄ quidq̄ etā dicit
tur, plura verborū sententia. ut id nō esse.
sit aut̄ verū aut̄ falsū v̄. id a Dialectis.
Axioma appellatū ē.

Synophata siue Comestor de

Synophatia, Mentitio. Catena atq̄
fallacia. v. d. d.

5. Synophata dicitur

Handwritten text in a cursive script, possibly Arabic or Persian, located on the left edge of the page.



LVCTA

CHRISTIANA

PSALMI

QVINQVAGESIMI

DEPRECATORIA.

Autore Menrado Molthero.

Haganoæ, per Iohan. Seccerium

Anno M. D. XXVII.

CELEBER

rimo uiro Ambrosio Iung
Medico, Menradus
Moltherus

S. D.



Vetam Christianam
quæ proximis diebus
a me descripta est,
Ambrosi Medicæ co
ronæ non infimū de
cus, uel conuitiis ef
flagitarunt amici, ut
publicarem. Statueram quidem eam do
mi continere: partim quod præter styli
exercitationem, operam in illa pene per
dam: partim quod quibusdam ingratum
esse diuinarem opusculi titulum. Nemo
nanq; recti conscientia, sed frontis ex ar
bitrio quisq; iudicat. Adeo peruersa sunt
hominum ingenia, ut ne diuinis quidem
operibus linguæ parcat garrit⁹. Quid in
terim, siendum ne illorum more qui ali
orum damno sapiunt? At qui fiet ut ami
corum quos terrarum intercapedo reti

C H R I S T I A N A

net disiunctos, iucunda sint colloquia, nō
si ea scribendi munus repræsentarit? Exa
ctissima sunt huius ætatis hominum nasu
torū iudicia, nihil non extremis censura
rum limis aduertentia: si tales censores
timuissent qui nobis aditum ad Christia
nam philosophiam, non sine labore, uī
giliis, sudoribus demonstraere, quātis
in tenebris iacerent literæ, seu bonas ue
lis, seu sacras, cum illas tueri præclarum,
istis piū sit uindicare? Adhæc non ui
deo qui fieri posset, ut coniunctionis in
ternæ solatium efficacissimum nobis ad
cederet, si eius scripta non cernerentur,
quæ absentia coram uidere prohiberet?
Esto humilia scribamus, quæ puluerē ob
oculos nō offundūt: esto parua sint, imo
minima iudicentur. Sed uenia sit, a mi
nimis, sed a salutaribus, ordimur. Retu
lerit ergo non ignorare in Lucta Christia
na uitia iugulari, non homines. Vnicus
nobis auxiliator est Christ⁹, quo duce, ue
lut herculea fortitudīe cincti, etiā inferna
les portas deuincem⁹, uetusta carniā pro



L V C T A

munt, Tridentem Neptūni, argenteum
 Apollinis arcū, uirgulam qua Pluto mo-
 rientium corpora decliuem per uiam de-
 ducit, Herculi nocere non potuisse. No-
 bis autem in hac Lucta, quanq̄ atrociora
 sunt terriculamenta, q̄ in fabulosis pug-
 nis Deorum, auxiliator tamen est longe
 fortissimus, Christo duce, uictores euasu-
 ri sumus. Sic canit Psalmographus: Do-
 minus protector uitæ meæ, a quo trepi-
 dabo. Firma fide adprehendamus eū, &
 cum Iacob patriarcha non dimittamus e-
 um, quousq̄ nos benedicat. Vult sic co-
 gi, uult fide adprehendi, qua sancti uice-
 runt regna, & fortes facti sunt in bello. Er-
 go ne putes amicitiaē mutuaē me penitus
 oblitum, optime Ambrosi, hāc Luctam
 Christianam, christiana charitate, tibi
 christiani nominis hæreditatem cupiēti
 auidissime, dedicaui. Volui re potius q̄
 uerbis meum tibi animum significare, cū
 tua beneficentia tū cura pro me, sicut ex
 literis communis amici nostri Piniciani
 intellexi, iam pridē promeruerit, ut meæ

C H R I S T I A N A

in te obseruantiaē literarium testimoniū
exhiberem. At dicet obtrectator, quid
ad Medicum de Theologia? Bone amice
& Medici professiōe sunt Christiani. Rur
sus, talia non conueniunt Medico. In bel
lo uulnerati opus habent medico, & in
hac Lucta uulneratur animus, nisi reme
diū adsit. Medicus ergo inter curandum
etiā moneat ægrotum, a Deo salutē utri
usq; hominis efflagitet, præsertim interi
oris. Hoc iam tertio ad Medicum nō per
tinet, pertinet autem ad christianū me
dicum. Si em̄ Homerus ille disciplinarū
rex & parens uirtutum, Medicum ethni
cum magni facit hocce uersiculo

Ἰησοῦς ὁ ἀνὴρ τῶν ἁλῶν αὐτὰξίος ἄλλων.


ac si dicas. Vir medicus multis aliis est æ
quiparandus. Cur christiano medico ne
gemus, christianū ad meliora incitare?
Habes optime Ambrosi, uerbosam epi
stolam, imo epistolæ connexum opuscu
lum, sincero ex animo teste Deo qui cor
dis inspector est descriptum. Libuit autē
hæc tibi amico optimo, a quo me non di

A iiii



L V C T A

ligi modo, sed & amariscio, dedicare,
quo animum meū tuis in me meritis sen-
tias congratulantem. Bene uale, hoc est
in Christo. Eitelbergæ xii. Cal. Febr.
Anno a IESV nato M. D. XXVII.

 L V C T A

Christiana, Menrado Molthero
autore.



On sine causa, paterna
uoce filium Sapiens hi-
sce uerbis admonet, Fi-
li accedens ad seruitu-
tem Dei, sta in timore
& præpara animā tuā
ad tentationem: quā-
tisper em̄ in hoc mortali tempore sumus
tantisper certandum est, nempe, ira, libi-
do, cupiditas, & id genus mala, tentare
nos minime cessant. Hæ pestes nisi pellā-
tur iusticiæ armis, in agmen excrescunt,
tandemq; perducunt ad regna silentium:
nusquam non scelera dum fouentur cre-

C H R I S T I A N A

scunt, & in augmēta facinorum facile ruunt mortales, quoties securā impunitas est peccātibus. Est autē nobis Lucta, teste Paulo, aduersus spirituales astutias in cœlestibus, quare diei qui iam ortus est, qui cunq; Christo nomen dedimus, ut respondeamus necesse est. Nox præcessit, ut isdem Paulus Romanis scribit, dies autē appropinquauit. Abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, tāquam in die compositæ ambulemus, non in comestationibus & ebrietatibus, nō cubilibus & lasciuis, non contentione & emulatione, profiteamur Christum: factis exprimamus quem uerbis profiteamur, ne nobis dicatur per Esaiam: Nomen Dei pro uos blasphematur inter gentes. Christiana doctrina sobrietatē docet, at qui Christum exprimit, uino madens, Veneri parentans, uentri uiuens amicus? Nihil nobiscū ferre possumus nisi uitam bene atq; innocenter actā. Interim cœlestis patriæ obliti, regnū Christi quod non est de hoc mundo auersantur quidā, & summa mē

A iiii

L V C T A

tis auiditate gloriam futilem quæritant :
 Quid inde , si regnum ad usq; columnas
 Herculis , ad Taprobanã insulam , ultra
 Indicum mare , & si qua loca sunt his ab/
 dita magis , non citra Christiani sangui/
 nis iacturam propagaueris? Naturam hu/
 manam tanto munere dignatus est Dei fi/
 lius , ut ipsam assumeret : nos cædibus ,
 bello , classe , acie , ense , lanceis inuicem
 laniamus . Immaniores certe sumus ipsis
 immanissimis beluis , quæ pietatis iura cõ/
 seruant , quamuis ipsis natura rationem
 negauit , præbuit tamen qua suæ parcãt
 cõditioni pietatem : durum est uel ad me/
 moriam reuocare , quanto ludibrio no/
 stra exponatur natura , bello quid trucu/
 lentius? quid pace cãdidius? At Christia/
 nos inter se bellare pro rebus caducis , rui/
 turis , temporariis , quum pacem sequi &
 sanctimoniam , iniurias negligere , aut
 patienter tolerare , se deniq; peregrinos
 in hoc seculo recolere deberent , quis non
 rideat , quis non miretur , quis non expa/
 uescat : etiã si Turca sit irreligiosior . Lu/

C H R I S T I A N A

eta Christiana est, si cum uitiis congrede-
ris, non cum cōsortibus naturæ, nil em̄
naturæ adeo contrarium q̄ cōsortem per-
dere naturæ. Constituuntur qui pulchrā
per uulnera mortem oppetant, quo sub-
limitas acquiratur. At uera sublimitas
non in potentia, sed in iusticia sita est:
quanto em̄ quisq; iustior est, tanto subli-
mior. Inter hæc multum aduersant̄ chri-
stianæ tranquillitati delatores, illorum
nanq; turba grauis placidaq; inimica qui-
eti, adeo principes reddit implacabiles,
ut omnia funditus aliquando deleri præ-
cipiant. Domitianus non tam eleganter
q̄ uere solebat dicere: Princeps qui dela-
tores non castigat, irritat. Intellexit sa-
ne quāta ex uenenatis illorum uerbis per-
niciēs, subditorū saluti proueniret. Prin-
ceps procedit stipatus agmine multo, ubi
se domum receperit, uigiles undiq; consti-
tuuntur, quibus curæ est, ne quis armat⁹
adeat principem. Ad mensam dapū præ-
gustationes sunt, ne toxica cibis immix-
ta, principis obstent saluti: interim aures

L V C T A

omnibus aperta sunt. At qui uenenum in
 fidas & aculeos, uerba non ingerunt ani
 mis. Adhæc cum mortaliū uaria sint &
 ingenia & studia, omnes ne putabimus
 uno & eodem animo depromere uerba.
 Librato mentis iudicio cauendum sum
 mopere, ne præcipites simus, perpendat
 quis sit qui loquitur, quã ob causam, quo
 merito, in quem, de quibus sermonē ha
 beat, demum hostis ne an amicus: leuiter
 impiorum persuasiōibus credidisse, mul
 tis sæpe fuit exitio. Hæc non scribimus,
 quasi nobis concessum sit de summis mū
 di principibus proferre iudicium, illis fœ
 licem rerum successum, qui Christo prin
 cipum pariter & priuatorum domino pla
 ceat, imprecamur: nil illis sit in uotis op
 tatus q̄ eiusdem principis pacis gloriam
 longe lateq; diuulgare. Sane nobis nil mi
 nus q̄ de illis iudicare licet, quorum cor in
 manu Dei est, & quocunq; uoluerit, illud
 inclinabit. Id tantum Christiana parane
 si monemus, breui se recolent summo iu
 dici de administrata potestate redditu

C H R I S T I A N A

ros esse rationem. Data est illis (ut Sapiens inquit) a Domino potestas, & uirtus ab altissimo, qui interrogabit opera eorum, & cogitationes scrutabitur. Non enim subtrahet personam cuiusquam Dominus, qui est omnium dominator: nec uerebitur magnitudinem cuiusquam quoniam pusillum & magnum ipse fecit, & æqualiter est illi cura de omnibus. Magis hi deplorandi sunt, qui se in Apostolorum locum successores, & uelis & remis ad firmare contendunt, tamen ab instituto Apostolico longissime exorbitantes, non pacem, sed bellum portant. Hi enim post habito Verbi Dei ministerio inimicitias non secus ac sæuissimi tyranni inter sese exercent, prophanosque principes suis ad bellum technis incitant. Videmus itaque pro sacerdotalibus infulis, galeas: pro uestibus diuino cultui dicatis, loricas: pro pastoralibus baculis, lanceas, quibus bonorum quies & innocentum opprimitur libertas. Nulli tamen plus Reipublicæ ac Christianæ tranquillitati intercedunt,

L V C T A

q̄ hi qui synceriores Theologiam ne ali-
 mine quidem salutarunt : non enim Chri-
 sti gloriam , sed suum uentrem honorēq̄
 prædicant, quæritant, appetunt : populū
 nanq̄ alioqui seditiosum non rationibus
 sed impetu ductū & cupiditatibus, ad fu-
 rorem , mox ad arma concitant , buccis
 crepantibus libertatem spiritus ad carnis
 desyderia pertrahentes, hoc securius suas
 uoluptates expleturi, quo plures habue-
 rint in uitiis consortes. Sic tuba quæ scele-
 ra nunciare debet populi, in cytharā uer-
 titur : sic præco Euangelii hypocrisim ab-
 scondit, & pœnitentiæ præco hylarcedū
 agit. In tātis autem perturbationib⁹ cer-
 to sciamus, ultimum ad usq̄ diem ciues
 Hierusalem cum Babyloniis permixtos,
 diuersa sorte belligerare: Priores nanq̄ su-
 pernam ad hæreditatem dirigunt inten-
 tionem, tribulationibus afficiuntur, per
 tolerantiam currūt in proposito illis cer-
 tamine, respiciuntq̄ ad fidei consumato-
 rem & ducem IESVM, qui proposito si-
 bi gaudio sustinuit crucem. Sane hoc co

C H R I S T I A N A

piofius a Deo fe præfumūt diligi, quo mī
nus pōpa mundi diuitiis, honoribus, dul
ciq; fortuna ftipantur. Rurfus posterio
res, ciues uidelicet Babylonis, obfcenis
libidinibus, perditis ociis, auaritiæ inex
plebili uacant, inde uiolentiæ truces, ul
tiones armatæ, cruentiffima odia, sacra
rum legum trāfgressio. In summa ii sunt
de quibus Esaias sic clamat, Abiecerunt
legem Domini exercituum, & eloquium
sancti Israel blasphemant. Stylum ergo
uertamus ad reges duos, tam sibi conue
nientes q̄ luci cum tenebris. Inde ciuita
tes, patrios mores, deniq; qualis nobis
Christianis Lucta fit succincte describe
mus, modo diuini numinis fauor nos ob
umbret.

¶ Duos esse reges, quorū alter salu
tis humanæ auidus est, alter inimi
cus. Cap. I.

Quam auidus est Christus humanæ
salutis, tam inimicus est eiusdem di
abolus. Christus rex mansuet⁹
a Propheta denunciatur, quod ad nos ue

nit nō fulmine sed mansuetudine: uenit
 & nobis, modo per ipsum nos Deo recon-
 ciliatos & agnoscamus & credamus. De-
 terisit nāq; proprio cruore ueteris piaculi
 cautionem, & pro nobis factus est pecca-
 tum, ut nos iusticia Dei efficeremur in il-
 lo. Hæc est laticia nostræ summa, quod
 credimus debitum nostrum per unū me-
 diatorē Dei & hominum hominem I E-
 S V M Christum nil debentem solutum:
 simpla enim morte sua, nos ab æternæ
 mortis eripuit formidine, spemq; dedit,
 nos quandoq; cœlestem ad patriam uen-
 turos. Sic filia Sion quæ suis in operibus
 nil fidunt, sed Christum agnoscūt redem-
 ptorem, in eo solo exultant. Sic scribitur
 Filia Sion exultent in rege suo. Et alio lo-
 co canunt: Exultabimus & lætabimur in
 te, memores uberum tuorum super uinū.
 Ac si dicerent, longe p̄stantior est tui dul-
 cedo Euangelii, q̄ legis autoritas. Lex di-
 cit, si quis hoc uel hoc faceret morte mo-
 riatur. Tu uero rex mitissime, & per pro-
 phetam asseris te nolle mortem peccato

C H R I S T I A N A

ris: & in Euangelio benignissima uoce testaris te uenisse ut peccatores, non iustos uocares. Proinde diabolus rex est, sed super omnes filios superbiae, studet aut eisdem sacramentis suos addicere milites, quibus ille stellifero e regno detrusus est. Quid multis? oïno dispares sunt sibi inuicem reges isti. Ille em̄ in mœnibus suis loquitur: coronemus nos rosis, anteq̄ marcescāt, linquamus ubiq̄ signa læticiae nostrae. Iste beatos in alia uita pronunciat: qui persecutionibus, execrationibus, maledictionibus propter iusticiam & nomē eius afficiuntur. Ille semper ad sublimitatis culmen mortales ut spirent, incitat, & se contra summi creatoris potentiam ut erigant, hortatur, monet, persuadetq̄: id enim maximo curat opere, quo suis legibus seruet deuotos, quos sinistra suasio ne, fecit a Dei recedere legibus.

¶ Duas esse ciuitates, quarum una Hierosolyma, altera Babylon uocatur, Caput secundum.

L V C T A

Coelestis Hierosolyma, ipso uocabu-
 lo uisionem pacis exprimit, in qua ci-
 ues eius quantumuis turbinibus ceu ratis
 procellis quassa rapiantur, credunt se prin-
 cipem pacis uisuros. Hæc ciuitas diuina
 subsellia beatorum spirituum continet,
 quã disturbare rex alter intendebat, mox
 tamen poenas sceleris sui luit, nempe uole-
 bat similis esse altissimo, sed a superni re-
 gis ministris e patria cœlesti expulsus, in
 exilium longe miserrimum relegatus est.
 Nec hoc contentus scelere, primum ho-
 minem decepit, omnino uolens Dei inter-
 cedere proposito, quo statuerat filium su-
 um humana in natura glorificare. Tãtus
 honor, tantaq; dignitas, ne homini con-
 tingeret, manibus & pedibus (ut aiunt)
 obsistere luridus hostis conatus est, æsti-
 mabat humanam naturam odiosus fieri
 si hominem ut suam potius uoluntatem
 q̃ Dei sequeretur, edoceret. Sed hoc pa-
 sto scripsit in aquam, & operam simul &
 industriam perdidit. Nanq; semen futu-
 rum pronunciabat Deus, quod illius ca-

C H R I S T I A N A

put contereret. Inde summus discordiæ amator Cain, ciuitatis suæ primum ciuē eo perduxit, ut iustum Abel ciuitatis sup-
næ ciuem occideret: putabat eīm hoc pa-
cto semen promissum interiturū. Sed ali-
ter atq; optauerat res effectum sortita est,
Seth namq; natus, non manufactam ciui-
tatē sicut Cain extruxit, sed æternā quasi
uit in cœlis, inde regi supremo exercitum
progenuit, qui a Deucaleoneis undis ser-
natus est, uindex erat hæc unda scelerum
humanorum. Rursus ex duobus homini-
bus, duo sunt exercitus in lucē producti,
electorum uidelicet & reproborum. Ele-
ctorum sane exercitus pater erat Sem, q
terrestrem condidit Hierosolymam, in
qua sancti uiri se peregrinos testati sunt.
Reprobi uero de Cham ducentes originē
Nemroth gygantem, tam corporis pro-
ceritate q̄ membrorum inexhausto robo-
re. Babylonis fundatorem sequuti sunt, &
militia diaboli in autorati electos unde-
quaq; ludibriis & tormentis adfecere. Sic
& populus diuinis militans auspiciis, pere-

B

L V C T A

grinat in Aegypto, & a Pharaone multis tribulatiōibus uexat. Rex cœlestis multis ostensis portentis, eundē a Pharaone liberat, & per mare rubrū sicco uestigio trāducit. Hic Pharaon insequit, spem ponēs uictoriæ, in fortitudine militū, in armis in consilio, in re militari, deniq; superbia regis cui militabat eleuatus populū Dei conat̄ reuocare, sed dū cōtra altissimum uiolenter se erigit, cū Panoplia in profundis animā posuit aquarū gurgitib⁹, rubri maris hospitiū supbiæ pōpositatisq; illi⁹ finē attulit. Rex supnæ ciuitatis populū suū addictū sacramētis, multis signis p̄uis in terrā duxit lacte & melle manantē. Post aliqua temporū curricula, Dauid figurā regis oīpotentis exp̄ssit, Goliath nanq; lapillo prosternens, prostratūq; iugulans, ostendebat principē mūdi per Christū uincendum. Inde Nebucadnezar rex Babylonis Hierosolymā expugnat, populūq; Dei captiuat. Sed rex cœlestis eū ipsum populū liberat, & ad propriam reducit ciuitatem. Designabatur aut̄ hac adum-

C H R I S T I A N A

bratione, post iugum seruile Pharaonis, post cathenas diræ Babylonis, liberū aditum Christianis Christi morte fieri ad terram uiuentium. Itaq; princeps & antesignanus noster mundi uicit principem, nō sibi, sed suis militibus uicit, captumq; cū regina morte perpetuis relegauit cathenis, unde sonora uoce canimus: Absorpta est mors in uictoria.

¶ Qualiter utriusq; ciuitatis popul⁹, & patrii mores cognoscant. Cap. III.

Proinde supernæ ciuitatis religio est, unius Dei cultus. Religio, inquā, q̄ constat ex animi uirtutibus, cuius constitutio docet hominem se ab hoc seculo immaculatum custodire. Cultus iste non exterioribus ceremoniarum operibus perficit, sed interno mentis iudicio: ueri nāq; adoratores adorabūt patrē in spiritu & ueritate. Studiū, pax & cōcordia. Porro multitudo puerforū hoīm ab ipō Cain usq; ad ultimum reprobū Babylonia uocat: de iis scriptū est: cōfundāť oēs iniqua agētes. Cult⁹ h⁹ ciuitatis, uēter est & glia in cōfusi

L V C T A

one, studiū bello, rapina, inuidia, hypo-
 crisi perficit. Ciues supernæ ciuitatis, hu-
 miles, pacifici, benigni sunt, nulli malū
 pro malo reddunt. Ciues uero Babylonis
 proterui, crudeles, uoluptatum amato-
 res, nil non tentant, modo suus honos sit
 ambitioni: nec mirum si multis crimini-
 bus grauantur, quandoquidem ocium o-
 mnium uitiorum matrem, uirtutum (ut
 diuus Bernardus ait) nouercam, summa
 ueneratione colunt. Feri non potest ut uī-
 tia ocio superent, cum Lydii (ut est apud
 Iustinum libro primo) qui ante Cyrum
 bellicosissimi & insuperabiles fuere, tan-
 dem ocio ac desidia superati sunt. Ciues
 uero Hierosolymæ cœlestis, pacifici sunt
 non armis sua defendunt, sed linguūt mo-
 do tranquillitati consulatur animi. Mise-
 ricordes sunt, ab eo p̄m̄ium immortalita-
 tis expectantes, a quo sumpserunt exem-
 plum clementiæ: odiunt uitia, sed inte-
 rim diligunt humanam naturam: non la-
 niant, uon trucidant, igne non lædunt,
 nec ferro cadūt. Itaq; crudelitas & discor-

C H R I S T I A N A

dia ciues Babylonis designat : & ciues Hierusalem pax & concordia manifestat.

¶ Ciues cœlestis patriæ a Babylonis malis affici, quantisper hic mundus durat, sacræ scripturæ multis exemplis probatur. Cap. III.

Omnino ne obliuioni tradamus uerbum Christi dicentis, In mundo p̄suram habebitis, in me autem pacē. Babylonii cœlestibus dissident ciuibus, & eos ad mortem usq; persequuntur : tantisper aut hic conflictus durabit, dum hac mortali carnis mole circundamur. Nec nouū putemus, iustos ab impiis malis affici : uita bonorum nusquam malis non est detrimentum, bonum uidere mali ne possunt quidem. Est adhuc Cain super terram, q̄ iustum Habel occidit. Cham patrem ex terro non ueretur suspendere naso. Esau scintillanti lumine præ se fert quantū odium in fratrem habeat. Fratres Ioseph nil pacifice cum ipso loqui possunt, tandem eum uendunt. Præpositi a Pharaone constituti, filios Israel multis malis adfligunt.

B iii

L V C T A

Saul superbus humilē & a Deo electū Dauid persequitur, cuius immanitati barbaricæ David parcens, fuga sibi quærit salutem, tam nobile uincendi genus est patientia. Helias adhuc Iezabelis graues (ceu raptis catulis leæna) furentis perfert insidias. Herodiadis fraude diuus preco seruatoris addicif morti, uerita sane ne priuetur incestuosis amplexibus, sæuissimū cōsiliū sæuior mater sæuæ filia dat, ut iusti, ut sancti uiri caput exposcat. Est adhuc Iudas Iscariothes, qui principes & sacerdotes non iussus adit, & inquit: Præmia quæ feram si uobis exosum iure magistrum tradidero? Nec desunt membra Synagogæ, odio pertinaci contra ecclesiam sæuientia. Adest & ipse Caiphas: ad sociatur ei Herodes: nec deest Annas: ad est Pilatus, cohortesq; militum, qui una uoce Christum in membris suis malis afficiunt. At Christianorū gloria est, pro Christo nulla tormenta non perpeti desyderare. Sic em̄ alloquit suos: Si me persecuti sunt, & uos persequentur. Et Paulus. Oēs

C H R I S T I A N A

qui pie uolunt uiuere in Christo IESV
persecutionem patient. Sic uiuimus, ut
ad bonum quod summū est non nisi sum
ma difficultate, non nisi summo labore
(teste Lactantio) perueniamus.

¶ Qua re sit factū, ut principes Ro
mani tanto odio Christicolas perse
querentur. Cap. V.

ITaq; cū dominus & seruator noster I E
S V S sancta sua p̄sentia totum illustra
set orbem terrarum, offerēs se ipsum pro
nostris reatib⁹ æterno patri illibatissimū,
sanctissimūq; sacrificiū, mox uictor mor
tis, immortalitatis cū gloria triūphās laure
atus ad astra cōscendit. Misit ergo totū p
orbē suos discipulos, ut euāgelicū semē p
corda mortaliū spargerēt, & ea uomere
diuini uerbi sulcata, ad segetē spiritu san
cto irrigante perducerēt sane foelicissimā.
Expectabat nimirū, ut in patientia fructū
ferrēt. Insurrexere uero nō pauci reges, &
principes cōuenerūt in unū, q; Christū ne
gabant uerū Deū, eius incarnationē, passi
onē, & ad cœlos ascensionē, aut deridebāt,

B iiii

L V C T A

aut ex christicolarum mentibus fidem in illum eruere conabantur. Ex numero impiissimorum Tyrānorum facile princeps est Nero, qui primam persecutionem in Christiagenas excitauit, sed bonus artifex mortis suæ ipse Nero, qui sic (ut est apud celebres scriptores) ex hac uita migravit, ut ne mors quidem scelere uacaret. Huic in tyrannide successit Domitianus: addē Antoninū, Seuerum, Decium, Valerianum, Aurelianum, Diocletianum, Maximianum cognomēto Herculeum, Cōstātium Arrianae hæreseos insignem fauorem, Iulianum apostatam. Adde iis tēplorum pontifices, qui principes ipsos aduersus Christicolas, quod dicerēt ab uno Christo salutem petendam esse perennē, prouocabant: ecōtra illi Deos salutis asseriebant autores, dona templis suspendebant, non ex leuibus rebus, sed auro & argento faberrime composita. Questus maximus ad ipsos redibat Pontifices, qui cū diminui fide Christi dilatata uideret, studuerūt crudelissimis imperatoribus id in

C H R I S T I A N A

sinuare: Vestris, inquit, Decretis tot⁹
obteperat orbis, præter infandis. Chri-
stianorum sectam, equidem altitrono Io-
ui flectere colla recusant. Hinc exierunt a-
pices regales, Præfectis, Tribunis, Con-
sulibus, imprecantes uotiua salutis: spur-
cissimis uerbis referebant, Deos ad culmẽ
tantæ dignitatis, de parua gente Roma-
num exaltasse imperium, quo salutẽ ab
ipsis ipsorum cultores efflagitarent. Pro-
inde suadebant, præcipiebãtq; uaria, & in-
audita tormentorum genera pararent, q-
bus Christianos quos precibus aut p̄miis
flectere non possent, ad Deorum cultum
perducerent, aut morti addicerent: Sed
tua uirtus Christe, incognita tyrannis illis
erat, propterea se uictores existimabant,
quum sanctos tuos uinci cernerent: sane
tua sequuti sunt indiglabiles palæstri-
tæ uestigia, pro quibus per assumptũ ho-
minem, patrem interpellabas cœlestem,
eosq; uirtute tua potenti, cœu insensibiles
essent, interritos reddidisti, legitime cer-
tauerunt, & uictoriam adepti sunt æter-

B v

nam, transierunt per mortalitatis dispen-
dium, ad compendium immortalitatis,
uitam nanq; pro Christi nomine exhalan-
tes, sanctorū inter agmina corusci, non
peritura gaudia susceperunt.

¶ Quæ sit Lucta Christiana.

Cap. VI.

DE cursis paucis argumētis, quæ nos
ad patientiam erudierunt, uerba di-
ui Pauli, ea qua maxime fieri potest dili-
gentia recolamus, recolendo nostris cor-
dibus inscribamus. Scribit aut ad Ephes.
talia: Quod superest fratres mei, sitis for-
tes per dominum, perq; potentiā roboris
illius: iuduite totam armaturam Dei, ut
possitis stare aduersus assultus diaboli, qm̄
non est nobis Lucta aduersus sanguinem
& carnem, sed aduersus principatus, ad-
uersus potestates, aduersus mundi do-
minos, rectores tenebrarum seculi huius,
aduersus spirituales astutias in coelestib⁹.
Quapropter assumite uniuersam armatu-
ram Dei, ut possitis resistere in die malo
& oībus peractis stare: state ergo lumbis

C H R I S T I A N A

circūcinctis baltheo per ueritatē, & induti
thoracem iusticiæ, & calceati pedibus, ut
parati sitis ad Euangeliū pacis, super oīa
assumpto scuto fidei, quo possitis oīa iacu
la mala illius ignita extinguere: galeāq̃
salutis accipite, & gladiū spiritus qui est
Verbum Dei. Hæc inquā uerba cordibus
nostris imp̃ssa maneāt: atq̃ summopere
uigilandum, aditū inimicis ne relinqua
mus, astutus est em̃ aduersarius noster,
& perinde artibus uariis exercitatus: cog
noscit cuiusq̃ naturā, unde hūc inflāmat
iræ stimulis, aliū spurca Venere, hūc inex
tinguibili cupiditatis siti torquet: alium
ambitione, illū inuidiæ facibus tabidum
reddit: hunc ad uoluptatē instigat, qua il
lectus ad honestatem, & ueritatis agniti
onem ne respirare quidē potest: oib⁹ mo
dis id agit callidus hostis, quo errantes se
cum ad perpetua cruciamina uelut fidissi
mos cōmilitones p̃ducatur. Porro quod de
Troiano bello uetusta carmīa protestant,
Græca arma nec sexui pepcisse, nec atati,
id in Lucta nostra cernim⁹: quotusquisq̃

L V C T A

hoim est, quē uitia non tentent? qui uitiis
 nō succūbat? Vincemus aut in hac Lucta
 si in Deum omnem fiduciam collocaueri
 mus. Cantat Psalmographus: In deo fa
 ciemus uirtutem, & ipse ad nihilum dedu
 cet inimicos nostros. Itaq; contemnēdus
 est diabolus, non timendus: eatenus in
 nos eius possunt insidia, quatenus illi a di
 uina permittitur potestate. Deum & eius
 iusticiam timere debemus, derogat non
 nihil diuinæ potestati & fidei synceritati,
 si diabolum magis q̄ Deum timuerimus,
 potestas illius sub potestate Dei semp est.
 Propior, penitiorq; nobis est Deus q̄ dia
 bolus, debilis admodum est hostis ex uir
 tute Christi, per quem uictus est. Interim
 tamen pellendæ uoluptates, & ne superet
 hostis inprouisos, stationes agenda, mi
 litares expeditiones obeundæ, atrentis a
 nimis in acie standum, & diligentissime
 perspiciendū est, qualis aduersarius, qua
 lia illius arma sint. Maxime autem oim
 id retulerit non nescire, mortis in tempo
 re, q̄ uariis terriculamentis nos adgressu

C H R I S T I A N A

ri sint hostes nostri. Hic opus est armis, sed iis quæ a Paulo describuntur: Fortissima in Deum fiducia erecti simus oportet, si uictores uoluerimus euadere. Nos soli, noster hostis stipato procedet agmine. Nos ex carne & sanguine, debiles sumus, hostis noster fortis. Ille fraude, dolo, malitia, astutia plenus: nos idiotæ quantumlibet cæteris animantibus præstamus sapientia. Nec arma, nec cõsilium, nec solertia, nec rei militaris experientia ualebunt: spes in Christum uictores nos efficiet: nil min⁹ q̄ de nostris meritis præsumemus, agnoscamus illius clementiam, p̄ quæ, & in quo effecti sum⁹ Dei iusticia: in cõcussa mente recolemus Prophetæ canticum dicentis, In te Domine speraui, nō confundar in æternum, in iusticia tua libera me: Accelera ut eruas me: Esto mihi in Deum protectorem, & in locum refugii, ut saluū me facias: Quoniam fortitudo mea & refugium meum es tu, & propter nomē tuū deduces me & enutries me

¶ Contra dæmonē dimicaturi Dauid

L V C T A

cū Golia pugnātē aspiciāt. Cap. VII.
IN terrena militia, multum laboris ex-
 hauriunt miseri mortales, ut ea acqui-
 rant q̄ eodē modo quo sunt acquisita pos-
 sunt perire. Inde subornantur qui uitā du-
 riter agunt, & qui in scuto (ut aiunt) didi-
 cerunt hospitari. Nos itaq; cum Philisteis
 bellum gerimus, non pro regno terreno,
 sed æterno, de quo ceciderūt ipsi: id quod
 uocabulū declarat aliquoties: Philistim
 nanq; ruinā significat, qui in delitiis uitā
 agunt, huic Luctæ minime conueniunt,
 qualiter em̄ uictores euasuri sunt, qui ar-
 ma fouēt, quibus ab hoste superent. Dux
 militiae nostræ Christus cū diabolo pug-
 naturus, hoīes elegit a delitiis longe alie-
 nos, quos etiā post uictoriā cœlestib⁹ tur-
 mis associauit. Apti sunt ergo ad hāc Lu-
 ctam, qua gloria uiuentis Dei celebraf̄,
 spem omnem in Christum ponentes. Dif-
 fidant sibi ipsis necesse est, qui cœlesti ui-
 ctoria a Deo desyderant coronari. Exem-
 plo sit nobis pius ille Dauid, pugnās cum
 Golia, puer cum bellatore, insuet⁹ luctæ

C H R I S T I A N A

cum perito, ouium pastor cū rege popu-
 lorum. Saulis induit armatura rex a deo
 electus, illisq; mox abiectis, partim quod
 oneri essent infirmis artub⁹: partim q; Go-
 lias indignus erat, qui tātis armis fato cō-
 cederet prostratus. Nouum ergo & mira-
 bile genus armorum acquirit, fundā im-
 plet lapidibus quinis, armatusq; scytula pa-
 storali, contra uirum immani corpore,
 quem alterum Polyphemum diceres, ar-
 mis fulgentem, lorica circumamictum,
 umbone tectum, scintillantibus oculis ar-
 dentem, furibundo sibilo incandescentē;
 cuius sanguinolentus animus, cuius ma-
 nus, cuius desiderium nil nisi sanguinem
 sitiebat pugnaturus exit. Irridet uastissi-
 mus corpore, puerilem personam, sed ne-
 scit Deum altissimum pro David pugna-
 turum: dixerat enim ipse David: Lucta
 hæc Dei est, nihil hic humana uirtus, nil
 caduca fortitudo, nil fragilis potētia, nil
 exercitatio bellica perficiet. Bellum hoc
 Dei est, diuinum præsidium non me de-
 stituet. Prostrat⁹ est ergo hostis ille, fidēs

in clypeo, uictoriam reportat Dauid con-
 fidens in deum. Sit nobis exemplo Dauid
 ille sanctissimus rex, q̄ hac declarauit pu-
 gna, nusquam nos nō fore uictores, si no-
 biscum deus pugnauerit. Hoc solo uicto-
 res euadimus, per quem etiam uicti pro-
 fligantur inimici. Sic canit Psaltes: Non
 in arcu meo sperabo, & gladius meus nō
 saluabit me, sed dextera tua, & illumina-
 tio uultus tui. Multa possent ex scripturis
 huc exempla deduci, sed uereor ne si his
 longius immoratus fuero, propositi uide-
 ar oblitus esse certaminis.

¶ Christum ad hæreditatem acqui-
 rendam passum esse, nosq; illius ue-
 stigia sequi debere. Cap. VIII.

Christus ait in Euāgelio: Oportebat
 Christum pati, & ita intrare in glori-
 am suam. Et S. Petrus apostolus quodā
 loco nos admonet: Hæc est (inquiēs) gra-
 tia, si propter Dei conscientiam sustinet q̄s
 molestias, patiens iniuste: quæ em̄ gra-
 tia si peccantes & colaphisati suffertis: sed
 si beneficientes patienter sustinetis, hæc

E V C T A

est gratia apud Deum, in hoc em̄ uocati estis, quia & Christus passus est pro nobis uobis relinquens exemplum, ut sequamini uestigia eius. Et Paulus, Patientia uobis necessaria est, ut uoluntatem Dei facientes, reportetis promissionem. Et iterum: Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in auctorem & consummatorem fidei IESVM, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem. Plane itaque cernimus, nos non gladiis, non armis materialibus, sed innocentia, sed patientia fore uictores. Nec curandum, quod dicta & facta Christianorum, ceu diabolica iudicant, qui uerbis Christum confitent, factis autem negant, cum ne Christo quidem is honor contigerit, ut facta illius diuinæ potentia adscriberent. Diuina namque uirtute patrata miracula, Iudæi Beelzebub attribuebant potestati, adcusabant ipsum quasi legis destructorem, quasi seductorem populi, quasi communis perturbatorem tranquillitatis, denique inimicum Romani & nois & regni. Sed contemplemur pau /

C

L V C T A

cis nostri ducis paciēciam. Accusatus est
 ceu legis destructor, qui sol⁹ legem adim-
 pleuit: immo unus est iste de quo in Psal-
 mo scribitur: Non est qui faciat bonū, nō
 est usq; ad unum. Sed gratia uni, per quē
 Deo uniti sumus, unius em̄ obedientia, te-
 ste Paulo, iusti constituuntur multi: uni
 us morte, omnibus mortalibus uita resti-
 tuta est: populi seductor non erat, sed po-
 tius doctor iusticiæ, de quo Iohel testat:
 Filia Sion, lætami in domino Deo ue-
 stro, quia dedit uobis doctorem iusticiæ.
 Comunem tranquillitatem suo exortu tē-
 porali decorauit. Quātum tribuerit Ro-
 manæ potestati satis abunde declarat, cū
 dicit: Reddite q̄ sunt cæsaris, cæsari. Mor-
 tis in tempore Pilatum & Herodem ami-
 cos fecit: immo morte sua dissoluit inimi-
 citias inter Deum & hominem. Reconci-
 liati em̄ sumus Deo per mortem filii eius,
 ut testatur Paulus. Et alio loco: Ipse est
 pax nostra, qui fecit utraq; unū. Interim
 accusatores ipsi quales erant? uersuti, im-
 probitate nulli pares, homicidæ, hypocri

C H R I S T I A N A

tæ, sanguinolenti, mille mortibus dignis.
Hos Christus ante iudices uel uno uerbo
potuisset comprimere, sed exemplum pa-
tientia nobis dedit: & ut propter ueritatē
etiam corporis periculum pati non recuse-
mus, quandoquidem ille accusari uoluit,
& per silētium uinci, quo nos ueritas sum-
ma, summo in iudicio non condēnaret.
Lex nos omnes peccatores constituit, sed
liberatoris Dei clementia perditos filios
liberauit. Nolo tamen excusatos pronūci-
are tyrannos, quandoquidē in Psal. scrip-
tū est: Cognoui quia faciet dominus iu-
diciū inopis, & uindictam pauperum.

¶ Cur Sathanas homicida dicatur
ab initio. Cap. IX.

SAeuus ille hostis qui apud Ezechielem
dixit: Ego feci meipm, deus ego sum
Homicida ab initio per Christū principē
pacis dicitur. Sic em̄ ait: Ille homicida e-
rat ab initio. & in ueritate non stetit: alta
nanq; ruens de luce, cecidit ad locū ipsis
infirmis inferiorem. Primos itaq; paren-
tes sua illexit fraude: gaudebant quidem

L V C T A

in summa amœnitate locati, uiuebant ui
tam foelicem, quam non grauabat curua
senectus, nec clades ibi nec luct⁹, sed pur
purei flores pingentes terram, oculos ua
rietate mira, uiriditate perpetua delecta
bant, ibi auiculæ corneis organulis dul
ces fundebant sonos. Vt præteream mul
ta, erat primis parentibus collocutor De
us, cuius præsentia non possunt uniuersæ
creaturæ non exultare, summa ibi iucū
ditas, inuiolata serenitas, integra securi
tas. Instruxerat quoq; hominem quibus
dam armis summus ille conditor rerum,
quibus armatus diabolo resisteret, prudē
tia uidelicet, consilio, ratione. Prudenti
am habebat contra tortuosi serpētis astu
tiam. Consilium, ut suæ saluti quæreret
utilia. Rationem, qua intelligeret præ
cepto dei obediendum potius q̄ serpentis
suasioni. Inuidus tantæ foelicitatis hostis
nefaria suasione primos parētes morti ad
dixit: putantes nanq; iuxta serpentis uocē
se ad altiora scansuros, uitam quam habe
bant amiserunt, & ad mortem quam nō

C H R I S T I A N A

agnoscebant, multis angustiis, tribulationibus, afflictionibus, doloribus, miseris, anxietatibus, gemitu, luctu, suspiriis lamentabilibus, quibus etiam posteritatem omnem addiderunt, tandem peruenere. Sic uere dicitur saeuus ille coluber ab initio homicida: illius enim inuidia mors introiuit in orbem terrarum.

¶ Qualiter genus humanū Sathan post primorum parentū casum, ad usq; temporalem Christi natiuitatē occiderit. Cap. X.

PVLsis parētibus primis e paradiso, magna leticia Satan exultauit, quod uotis suis tanta successisset concordia: inde ad alia flagitia se proripuit, Cain namq; ut iustū Habel occideret instigabat. Multiplicato genere humano, cum omnis caro corrupisset uiam suā, mortales per uaria flagitia in sua castra perduxit, qui tandem Deucaleoneis aquis submersi sunt. Sodomas deinde uicit, qui naturam suā ipsius instinctu (infandum dictu) polluerunt, & tandem uorante flamma, cum

L V C T A

omnibus rebus in tenues euasere fauillas.
 Armavit præpositos Pharaonis, ut filios
 Israel multis malis afficerent: tum quoque
 rex ipse minister illi gratissimus erat,
 per quem fiebat suæ crudelitati satis, præce-
 perat enim masculos Hebræorum in lucem
 editos, submergi in undis. Incitauit filios
 Israel, ut uitulum conflatilem adorarent,
 propter quod peccatum ceciderunt ense
 uibranti tria millia hominum. Ut præteream
 Abyron, Dathan & Chore, quos terra qui-
 dem uiuos deuorauit. Induxit Dauidem
 in superbiam, ut populum numeraret, in
 luxuriam cum Bersabee, in homicidium
 denique quod in Vria perpetravit. Instiga-
 uit Absolonem, ut iuris oblitus naturæ,
 contra patrem piissimum, filius ne pecu-
 dum quidem sequens pietatem, bellum dis-
 poneret, aciem dirigeret, instrueret lu-
 ctam, pugnam præpararet sane sæuissimam.
 Et Solomonem quoque per idololatriam ca-
 stris suis annumerauit. Huic adiunxit Ro-
 boam, & plures reges Israel. His addidit
 Sennacherib, Nebucadnezar, Holofernè,

C H R I S T I A N A

Aman; Antiochum. Quin & patres incē
debat ueneno suo, qui existimantes Chri
sti doctrina suam ipsorum diminui glori
am, æternæ gloriæ largitorem non sunt
ueriti fatali suspendere ligno. Prætereo
idololatriam, qua totum ferme orbē suis
legibus, sicut in lib. Sapientiæ cap. xiiii.
scribitur, subdiderat. Superioribus autē
diebus qualem stragem sub Euāgeiī spe
cie fecerit, nedum sine lachrymis recolī
mus. Intelligimus ergo quæ sunt illius ar
ma, nēpe superbia, inuidia, ira, & id ge
nus pestes, omni studio curemus, quo il
li uiuo Dei Verbo resistamus.

Ⓒ Semper uigilādum esse in hac ui
ta, eo q̄ uaria calliditate præditus
sit hostis noster. Cap. XI.

Nemo tanta firmitate suffultus est, ut
de sua stabilitate cōfidat: uariæ nāq̄
procellæ sunt huius mundi, ut etiam Pro
pheta in psalmis diceret: Mei autem pe
ne moti sunt pedes, pene effusi sunt gress⁹
mei. Sup̄ma uanitas est, inter h⁹ uitæ tēta
tiōes quenq̄ se credere securū, cū periculis

C iiii

L V C T A

plena sint omnia, cum dirus ille coluber seruet excubias peruigil, quatenus uenum Chilindris immittat incautis, & delectationum affluentia sopitos perimat, peremptos secum ducat ad regna silentiū. Nam quos suis telis non tentet, qui Christum IESVM non ueritus est suæ calliditatis adgredi tentationibus? Acriori sæuitia impugnat, quos a suo principatu longius processisse, & in nouam creaturam per lauacrum regenerationis cōspicit trāsmutatos. Vnde quantisper mole fragilitatis humanæ circundamur, tantisper nō cessabit hostis noster nobis laqueos ponere peccati. Per arma itaq; iusticiæ a dextris & a sinistris exercitati sim⁹ necesse est. Vigilat hostis, uigilandum est & Christiano, ne diripiatur ab hoste: quod si ex humana fragilitate somnus obrepet, continuo cœlestem pulsa protectorem, dicens cum Propheta: Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus, præualui aduersus eum. Proinde male uigilant cōtra ho

C H R I S T I A N A

stem, qui traditionibus humanis potius
q̄ diuinis mandatis obtemperant. Atqui
religio cœlestis constat ex rebus incorru-
ptis, ex animi uidelicet uirtutibus. Hic ue-
rus cultus est, in quo mens colentis se ip-
sam Deo holocaustum offert immacula-
tum. Christianæ nanq̄ mentis est, dissen-
sionum materias conterere, negligere cō-
tumelias, iniuriarum obliuisci, depone-
re similtates, expellere rancorem. Vict⁹
ia cebit inimicus salutis humanæ, ubi in
fidei & dilectiōis unitatem uenerint mor-
tales. Vigilemus, quoniam aduersarius
noster diabolus tanq̄ leo circuit, quærēs
quem deuoret, cui (ut Petrus Apostolus
ait) resistamus in fide.

Ⓒ Quæ sint arma Luctæ Christia-
næ. Cap. XII.

IN Lucta Christiana, lato hastilia ferro
catapultæ, spatæ, gladii falcati, spicu-
la, gessa, sarissæ, tormenta, pyroboli, &
mille nomina rerū, quibus humanus san-
guis effunditur, locum non habent, satis
abundeq̄ pro terrenis regnis acquirendis

C v

L V C T A

hoc armorum genere se exercent miseri mortales. Christian⁹ fortitudinem suam in domino & in potentia uirtutis eius habet. Dolosus ille serpens (ut diximus) noster aduersarius, occultis machinationibus & technis nos fundere desyderat. Armaturam itaq; Dei nobis ut uendicemus, oportet: quandoquidem uiribus nostris non possumus firmi stabilesq; stare aduersus illius insidias. Accipite, inquit Paul⁹, armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. Porro quibus armis in hac Lucta resistendum sit aduersario, declarat cum subiungit: State ergo succincti lumbos uestros in ueritate. Familiaria arma serpentis sunt libido & luxuria, quæ ubi mentem semel expugnarint, simplicitatē fidei extinguunt. At ne hac peste superemur, summopere fugienda sunt ocia, delitiæq;. Standum est dimicaturō, non in dulci requie resistendū. Sed hic non prætermittendum quod ait, in ueritate: est enim hypocritis familiarē, præter externam ceremoniarū osten

C H R I S T I A N A

tationem, nil exhibere, cum tamē ueræ
continentiæ, non cultum, non uestem,
non titulum, sed iusticiam, sed fidem ad-
scribat Scriptura. Sic em̄ in Propheta le-
gim⁹: Erit iusticia cingulum lumborum
eius, & fides cinctorium renum eius. Nec
sperandum in uestem hispidam, sed in di-
uinā gratiā. Sic S. Petrus nos docet: Suc-
cincti lūbos uestræ mētis, sobrii & perfecti
sperate in eam quæ uobis offertur gratiā.
Qualis gladius Luctæ Christianæ. Ca. xii.

ET quia militia est uita hominis super
terram, tantisper certandum est, dū
spiritus hos reget artus. Nati sumus ad ip-
sam militiā, si uictores euaserimus, regni
potiemur cœlestis: si uicti fuerim⁹, noctes
atq; dies patet atri ianua Ditis. Nec mirū
q; Thraces & Asiaticæ q̄dā gētes, hoīm in
lucē exortū deplorent, népe nō ignorātes,
qualis miseria miseros stiparet mortales.
Porro innumera huius uitæ incōmoda, q̄s
describet? Apud militē in hac re exercita-
tis. Iob legim⁹: Hō nat⁹ de muliere, bre-
ui uiuens tempore, multis replet⁹ miseriis:

L V C T A

interim in lucta positi, gladiū spiritus hoc est Verbum Dei accipiamus. Maximo curandum opere, si regnum nobis ducis nostri sanguine acquisitum, adipisci desiderauerimus, ut nil in uotis optati⁹ sit q̄ Verbum Dei, summo cum honore custodire, eo amisso ruūt omnia. Sic perdidit Saul regnum, quod diuino sermoni non obedierat, Proinde sicut angeli sancti nō materialibus armis, sed Verbo Dei, diabolos e cœlo expulerūt: sic nos non euasuri sumus illorum uictores, nisi eiusdem Verbi uirtute muniamur. Figuram habes in II. Machabeorum libro, ubi legis Hieremiam extendisse dexteram, & dedisse Iudæ gladium aureum atq; dixisse: Accipe sanctum gladium, munus a Deo, in quo deiicies aduersarios populi mei Israel. Verbum Dei gladius est sua præstantia superans aurum & argentum. Et ignis est Verbum Dei, intolerabile impiis. Qui autē in illud sperant, proteguntur a Deo: hinc scriptum est, Omnis sermo Dei clypeus ignitus est sperantibus in se: Hinc etiā Io

C H R I S T I A N A

annes in epistola sua scribit: Scribo uobis iuuenes, quia fortes estis, & Verbum Dei in uobis manet, & uicistis malignum. Ac si diceret: Ideo fortes estis, ideo uicistis malignum, quia Verbum Dei manet in uobis. Fortes igitur quicumq; hoc gladio pugnant, pugnant foeliciter, uincunt foelicius, coronantur foelicissime. At inquis: quomodo tam infirmæ conditionis creatura, cum tam subtili pugnabit? Aut quo pacto misellus homunculus, potentem diabolum superabit, qui proprio in corpore rebelles sentit affectus? Sic cõstitutum est a Deo, partim ut eius diuina potentia, sapientia, iusticia, bonitas clarior redderet & illustrior mortalibus: partim ut homo uel suo doctus periculo cogeret a Deo præsidiũ efflagitare, sine cuius gratia tam potenti tyranno se non posse resistere cernit. Sic habet oratio pauperis cū anxietur coram domino: Non auertas faciem tuam a me, in quacunq; die tribulor, inclina ad me aurem tuam: In quacunq; die inuocauero te, uelociter exaudi me.

¶ Qualia tentatori diabolo Christus defensionis exhibuerit arma.

Cap. XIII.

Baptisatus IESVS, mox desertū petiit, tentat, tentatorem sacrae Scripturae uicit autoritate. Hoc ostendit factum quibus armis tam sauo hosti sit resistendum. Is em̄ baptizatos, hoc est Christianae militiae sacramentis in autoratos, quo longius a se digressos agnouerit, hoc atrocius insequitur. Tentari autē dux noster uoluit, & in argumentum suae defensionis. Scripturae sacrae autoritatem obiicit tentatori, qui & tentationem & ipsum tentatorem reiicere potuisset. Tentari autē, ut dicere coeperam, uoluit dux noster IESVS, ut nos nusquam securos intelligamus. Cui nanq̄ parcat, qui eū in quo maius homine quidpiam suspicabatur, uelut hominem uicturus tentat. Ait ergo: si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant. Cui respondit IESVS: Scriptū est, non in solo pane uiuit homo, sed in omni

C H R I S T I A N A

uerbo quod procedit de ore Dei. Repres-
sit itaq; tentatorem dux noster scriptura,
non potestate, ut nobis exemplum relin-
queret, quibus armis armati uictores si-
mus euasuri. Fuere multi, non religione
modo, uerumetiam abstinentia insignes
uiri, qui satis infœliciter in hac Lucta pu-
gnauere, tandemq; infœlicissime cecide-
runt, eo quod illis deerat scripturarum in-
telligentia. Et uidemus adhuc huiusfari-
næ superstites, ad tantam uenisse insani-
am, ut sanctis scripturis studium impen-
dentes hæreseos condemnēt. Tum quoq;
nulla re perinde in furorem agi cernimus,
q̄ si ad sacræ Scripturæ studium reuocen-
tur: in hoc enim pompa derelinquenda
est, & simulata religio detegenda. An pu-
tamus cultu, titulo, ueste, aut ciborum
delectu, hostem nostrū posse uinci? quā-
tum ad cultum pertinet, gaudet hostis ip-
se, quod sub falsa religione (a qua Marc⁹
Cicero in libro de natura Deorum, sepa-
rat superstitiōem. Sed pulcherrime a La-
ctantio Firmiano libro quarto confutat)

C H R I S T I A N A

uer⁹ honor Christo, in quem omnis laus transfundenda est, subtrahitur. Quid em̄ ante actis seculis cum potentissimis principibus, cum doctissimis & grauissimis uiris aliud intendebat, q̄ ut ipsos sub specie religiōis a ueri Dei cultu selectos, suis mācipiis annumeraret. Ita uidemus quosdā a creatore ad creaturam declinasse, & creatoris pariter & redemptoris obliuioni dedisse beneficentiam: uera ergo religio erit, Deo seruire ut domino, & ei obsequi ut patri. Quid multis? incassum omnem laborem consumunt in Lucta Christiana quicunq; aut nesciunt aut negligunt diuinis obedire scripturis. Christiano non dicitur: pro terrenis rebus decerta. Sed: ei qui tecum uult in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte & palliū. Christiano non dicitur: tyrannidis potestatem caue amittas. Sed: Reges gentiū dominantur eorum, uos aut non sic. Et alio loco: Nolite cōformari huic seculo. Christiano non dicitur: pugna, lanistam age, arma in armatos sumere iura sinūt.

C H R I S T I A N A

Sed quid? Beatus uir qui suffert tentatio-
nem, quoniam cum probatus fuerit, ac-
cipiet coronam uitæ. Certius interim cre-
damus, nos haud quaquam adepturos ui-
ctoriam, in hac uita quæ tētatio ipsa est,
nisi aduersus hostem eisdem procedamus
armis, quibus a principe nostro Christo
uictus est.

¶ De symbolo militum in Lucta
Christiana, Cap. XV.

IN bello signum est militib⁹ certo in ser-
mone constitutum, hoc uidelicet pacto
ut secretioris uerbi sacramentum distin-
ctionem faciat inter eos, quos una facies
armorum confundit. Christiani itaq;
contra diabolicos insultus armati, myste-
rium symboli retinent, quod eos uni Chri-
sto nomen dedisse testatur. Quin & hoc
symbolum inter Christigenas & infideles
ordinat discrimen: sed quale symbolum?
Haud quaquam quod incultissimi hoies
suis figmentis prodiderunt, symbolū chri-
stiani est. Nec em̄ inter se ipsos cōcordāt,
rebus exterioribus, hoc est, cultu, titulo.

D

L V C T A

ueste sanctitatē colligunt. Symbolū christiani in hac miseria est FIDES, religionis & eius uerae quidē fundamentū, charitatis uinculū, robur castitatis, & sanctitatis firmanentū solidissimū. Symbolum hoc fidei inopē gratificat, & diuitē haud interitura abundantia perornat. Fides ut sola mandata perficit, ita sola promissiones accipit. Sed id interim testamur promissa fidei non adepturū, nisi qui fidē ipsam per dilectionē operantem habuerit. Itaq; fidei impletæ præmiū a Deo rependitur, qui uiolatae mercedē quoq; sceleris exoluet. Sed magnū inter quosdā diu certamen fuit, ut ne Apostolorū studio, an a patribus symbolum nostrū contractū sit. Mihi sane uidetur, quicumq; ille fuit, qui symbolum hoc descripsit, si id honoris Apostolis subtraxero, eum apostolicae doctrinae dignum fuisse præconem. Cre-dis, inquit, in Deum patrem omnipotentem? Principio, ne inuestigare uelis, qualiter per ingenitam deitatem sit omnipotens, & per diuinam potentiam pater, cū

C H R I S T I A N A

sensus carnis non possit comprehendere
quod fidei contemplatur ocellus. Diuinā
maiestatem atq; potentiam, non discutiē
do, sed credendo intelliges, satis abunde
edocti sumus a rege nostro Christo: Qui
credit in me, & in eum qui misit me, ha
bet uitam aeternam. Vaticinium Prophe
ta: Deus autem noster in cœlo omnia q̄
cunq; uoluit fecit. Et Apostoli, ut est in
Actis, attollebant uocem ad Deum & di
cebant: Domine tu es Deus qui fecisti cœ
lum & terram, & omnia quæ in eis sunt.
Deniq; uersus Sibyllini testantur Deum
esse omnium rerum creatorem.

ἀλλὰ θεὸς μόνος εἷς παννύχρητος, ὃς πᾶς
ποίηκεν

οὐρανὸν ἡλίον τε καὶ ἀστέρα. ἠδὲ σελήνῳ
καρποφόρον γαῖαν τε, καὶ ὕδατος ὀιδματὰ
πόντος. Ac si diceret.

Vnus & immensus solus Deus oīpotensq;
Qui cœlum, solem, stellas, ipsamq; Se
lenam

Fructiferam & terram, maris atq; fluentia
creauit



L V C T A

Et in I E S V M Christum filium eius uni-
cum dominum nostrū. Coæqualem filiū
patri dicim⁹, & dominum in naturæ pro-
prietate: sic em̄ in Psalmo legimus: Di-
xit dominus domino meo, sede a dextris
meis. Et iterum: Dominus dixit ad me, fi-
lius meus es tu, ego hodie genui te. Uni-
cus autem dicitur, quod non habeat in
natiuitate consortem, Qui conceptus est
de spiritu sancto, natus ex Maria uirgīe.
Partum hunc non mirabilem modo, sed
& inculpabilem confitemur. Quod enim
in ea est, de spiritu sancto est: dixit ange-
lus ad Ioseph. Absq; labe est, quod spirit⁹
sanctus perficit. Sic unigenitus Dei mun-
di creator, factus est filius hominis & mū-
di redemptor. Testimonium extat apud
Esaïam: Ecce uirgo concipiet, & pariet
filium, & uocabitur nomen eius Emanu-
el. Sequit̄: Passus sub Pontio Pilato, cru-
cifixus, mortuus & sepultus. Sic Milesius
Apollo consultus, respondit.

Θυητὸς ἔην κατὰ σάρκα, σοφὸς περὶ ὧσιν
ἔργισ

C H R I S T I A N A

ἀλλ' ὑπὸ χαλδύων κριτῶν ὅπλοις συναλωθεῖς
τόμφοις καὶ σκολόπεσι πικρὴν ἀνέτλησε τε
λευτήν. Ac si dicas :

Carne quidem mortalis erat, portentaq;
multa

Perfecit sapiens, armis prehensus cruce
tandem

Indice Chaldaeo finem toleravit amarū :

Nō sit tñ nobis de cruce cōfusio in qua do
minus I E S V Spacificavit oīa q̄ in coelis

& q̄ in terra sunt. Potius gloriam contē
plemur patientis pro nobis mortem, quā

sol rerum spectator omnium atris tene
bris designavit. Sic summo placuit Deo,

ut filius pro seruis moreretur, & eius mor
te serui filiorum reciperent adoptionem.

Non sibi, sed pro nobis passus est, æter
no patri debitum, imo ueteris peccati syn

grapham soluens, proprio sanguine deter
sit. Propheta in psalmis : Quæ non rapui

exoluebam. Et Esaias : Vere lāguores no
stros ipse portauit. Quod sepultus est, par

tim ad certissimum resurrectionis & mor
tis argumētum pertinet : partim sepultis

D. iii

L V C T A

in Christo cōsolatiōem exhibet, cum cog-
nouerint corpus illius sanctissimum terrā
contactu suo sanctificasse. Descendit ad
īferos, tertia die resurrexit a mortuis.
Haud quāq̄ legibus potuit inferni detine-
ri, qui idcirco mortuus est, ut mortē uin-
ceret. Sic apud Oseam: Ero mors tua o
mors, morsus tuus inferne. Rursus de re-
surrectione in psalmo: Exurge gloria
mea, exurgam diluculo. Ascendit ad cœ-
los, sedet ad dexteram dei patris omnipo-
tentis. Mirabile commertiū, e cœlis mis-
sus est fili⁹ Dei in terras, e terra mediator
Dei & hominum homo Christ⁹ I E S V S
ascendit ad cœlos. Vnde Propheta iubi-
lat in psalmis, inquiens: Ascendisti in al-
tum, captiuam cepisti captiuitatem. Et
iterum: Psallite Deo qui ascēdit super cœ-
lum cœli ad orientem. Sedet ad dexterā
patris, ut & uictoriæ munus in eo, & indi-
uīsam cum patre unitatem credamus. In-
de uenturus est iudicare uiuos & mortu-
os. Qui homines redemit, hic eos quoq̄
iudicabit. Sic enim legimus in Psalmis.

C H R I S T I A N A

Iudicabit orbem terræ in æquitate, & populos in ueritate sua. Viui autem & mortui iudicandi sunt, ut nos non fugiat, deo perinde quasi piissimo patri de utrisq; curam esse. Credo in Spiritum sanctum. Credimus in patrem & filium & in Spiritum sanctum, inseparabili nexu coherent, & unum nomen retinent, dignum est & saluti Christianæ necessarium, ut una confessione trinum in personis, unum in essentia credamus. Credo sanctam ecclesiam, sanctorum communionem, Sãcta dicitur ecclesia, q̄ sacramento fidei, id est, baptizmate a peccatorum sordibus emundata, per C H R I S T V M I E S V M sponsum, filios in terris regenerat, ciues futuros in coelis. Hæc sponsa nõ in pompa, non in superbia & adrogantia exultat, sed in laude omnipotentis Dei iubilat. Sic apud Sophoniam prophetam scriptum inuenimus: Reddam populis labium electum, & inuocent omnes nomen Domini, & seruient ei humero uno. Credo remissionem peccatorum.

D iiii

L V C T A

Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quia Christus IESVS uenit in hunc mū dū peccatores saluos facere. Mortuus est propter scelera nostra, & resurrexit propter iustificationē nostrā. Christianū innocentē reddit innocētis agni occisio: apud Ezechielē loquit̃ Deus: Viuo ego, dicit Dominus, nolo mortē peccatoris, sed ut conuertat̃ & uiuat. Et Micheas: Deponet oēs iniquitates nostras, & proiciet in profundum maris. Credo carnis resurrectionem, & uitam aeternā. Hic symboli Christiani scopus finisq̃, carnis resurrectionē indubitata fide complectamur: sicut em̃ crux Christi nostræ mortis figurā aliquoties declarauit, ita illius resurrectio perpetuitatē carnis nostræ asseuerat. Apud Ezechielē loquit̃ dominus: Aperiam tumulos uestros, & educā uos de sepulchris uestris. Et Iob inquit: Scio quod redemptor meus uiuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & in carne mea uidebo Deum. Scribit & S. Paulus Philip. Saluatorem expectamus dominū nostrū

C H R I S T I A N A

I E S V M Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratū corpori claritatis suæ. Deniq; si quis tā istestimoniis fidem non habuerit, uel ipsius mundi figurā conspiciat licebit: qui post brumales dies, rediuuio fructu uernans, gemmis & floribus terrā perornat. Quo uero modo carnis futura sit resurrectio, ne disquiramus, sed credamus potius, si demq; Christo, qui credētes suscitabit in nouissimo die, ad uitam æternam, habeamus. Quod eñ uult perficere potest, id symbolū nostrum in hac Lucta esto. Porro Christianus fide & charitate se exercens in hac uita, non sibi soli uiuat, sed proximum quantum potest, subleuet, quo rādem audiat cum electis summi iudicis uocem dulcissimam illam: Venite benedicti patris mei, possidete præparatū uobis regnum a constitutione mundi.

Finis Luctæ Christianæ

D v

ENARRATIO

PSALMI

QVINQVAGE

fimi, deprecatoria, autore
Menrado Molthero.

Prudentia & pietate insigni uiro,
Huldericho Rochlinger, Con
suli & Patricio Augustano,
Menradus Moltherus.

S. D.



E tuae beneuolentiae ui
dear oblitus, optime
Rochlingere, uolui ti
bi negotii mei pariter
& ocii reddere ratione
cum diuturnum silen
tium, aut beneficioru
immemorem, aut ingratum meum pos
set animum diiudicare. Fateor autem me
tibi maiora quidem debere, ubi humani
tatem, clementiam, candoremq; tuu in
tueor. Propterea quae tibi nunc dicantur,

PSALMI L.

ceu praeludia sunt, grati animi recompensatione utcumque testificantia. Accipe itaque ex Psalmo quinquagesimo deprecatione nomini tuo sacratam, tum meae in te obseruantiae perpetuo testimonium exhibentem. Cui namque studiorum meorum in sacris literis primitias dedicarem, potius quam te habui neminem. Quod si quispiam huc in te animum, omine sinistro fuerit interpretatus, inuidia malevolentiaeque suum opus fecerint. Tuum erit hoc opusculum non pro sua exiguitate, sed pro innata tibi erga Christianam philosophiam dexteritate spectare, cum iuxta celebratissimum prouerbium ξενίων δε θευμὸς ἀριστός. Sane cum alias saepe diuinae misericordiae ὁ μέτερος περιώσιον pateat, hoc tamen Psalmo praecipue miseris mortalibus commendatur. Bene

uale. Eitelbergae, postridie

Calen, Septemb. Anno

a IESV nato M. D.

XXVI.

E N A R R A T I O



DEVS (quo nomine mortalibus nil mai⁹ est, ut tuam summā maiestatem dignis explicent preconiiis, si tamen id digne fieri possit, adeo in immē

sum ingenii humani tua potētia superat imbecillitatem, quālibet, alias sagacis) qui toti⁹ creaturæ reipublicam sane amplissimam adornasti, adornatāq; gubernas mirifice, cui nouena turba spirituum beatorum sanctus clamantium seruit harmonia, cuius misericordia multos pristinis ab erroribus ad pœnitētiam reduxit, quem patrem misericordiarum & Deū totius consolationis, quicumq; diri colubri tyrannidem halitusq; uenenosos subterfugiunt, non agnoscunt modo, uerumetiam confitentur, Miserere mei, in summa miseria te misericordiæ fontē implorantis. Potest ne maior miseria mortales stipare, q̄ ubi ab te omnium bonorū auctore largitoreq; discedunt? Tu solus hoc

*Miserere mei
Deus.*

PSALMI L.

bonū, cui cōparata alia bona, mala sunt; solus es summū bonum, extra quod nulli mortaliū bene est. Sane p̄fecta est in hoīe sapiētia, quātumuis alias aliarū rerū cognitione uacet, si te & esse, & uniuersa per filium tuum dominum nostrū I E S V M Christum condita & restaurata cognouerit. Atq; q̄ bonum sit adherere tibi; facile cognoscitur, si perp̄dere mortales studeerint, abs te discedēti, salutem esse nemini. De dilecto incrassato Moses in suo cecinit cantico: Dereliquit Deum factorem suum, & recessit a Deo salutari suo. Et apud Oseam, uæ pronūciat illis quos relinquis: Væ eis cum recessero ab eis: recedis autem a nobis, cum mandatis tuis cor nostrum obedire recusat: carnis em̄ deliniti uoluptatibus, obfirmamus obicē quo minus gratia tua in corda nostra diffundatur. Et si tibi debemus quod creati, quodq; redempti sumus, diuortium nusq; ex mala uoluntate non quærimus. Eis associari propter peccata nostra meruim⁹, qui tibi dicunt: Recede a nobis, scientiā

E N A R R A T I O

tuarū uiarum nolumus. Id quanq̄ uerbis
 nō exprimamus, moribus tñ & factis aper
 tissime declaramus. Dicim⁹ tibi, recede
 a nobis, quoties ea facimus, quæ tibi dis
 plicere non nescimus. Itaq; te a nobis re/
 cedente, recedimus & nos in regionē lō
 ginquam, & pro salutari uitæ fonte, foeti
 das haurim⁹ lacunas. Magna est certe ini
 quitas pro uoluptate temporaria, si tamē
 uoluptas esse potest hac in miseria, ubi lu
 ctus, gemitus, tristisq; boatus est, te deli
 cias, & eas æternas quidem habentē sper
 nere. Multa sunt peccata mea, sed magna
 est misericordia tua, scio quod nō parcis
 delinquenti, maior uero laus tuæ daf po
 tentiæ, si mortales intellexerint, me mise
 ricordia liberantis seruatum, q̄ si iusticia
 puniētis peccantē damnaret. Multa sunt
 peccata mea, quid faciam⁹. Haud quaq̄
 desperabo, scio te per Prophetā dixisse:
quacūq; hora peccator ingemuerit, oīm
iniquitatū eius quas operatus est, non re
cordabor. Impius ille Cain tuam contem
 psit misericordiā: at ego cum apud te sit

PSALMI L.

miseriordia, ad te patrē misericordiarū
 mitissimū, uelut agrotus ad medicū su-
 spiro, & misericordiā imploro: nil a me
 tibi muneris defertur, bonorum enim
 meorum nō indiges, sed abs te qui diues
 es in misericordia pro peccatis ueniā po-
 stulo. Misericordiā nobis per filiū tuū ex-
 hibuisti, qui nos una cum ipso cōuiuifica-
 sti, cū essem⁹ mortui per delicta, ut osten-
 deres in seculis supuenientibus eminētem
 opulentiā gratiæ tuæ: hunc tuū filiū meæ
 salutis autorem agnosco, hūc solū apud
 te aduocatū & propiciationē pro nostris
 & totius mundi peccatis habem⁹: is non
 spernit deprecationē paupis, non repellit la-
 chrymantē peccatricē, nō despicit humili-
 lē publicani deprecationē, nō cōdemnat in
 adulterio dephensam mulierculā, nō ab-
 horret a confitente latrone, nō diris deuo-
 uet negantē discipulū, quē oculo respicit
 misericordiæ, ut illū tādē & temeritatis pu-
 deret, & delicti poeniteret. Deniq; non de-
 dignatur suorum persecutorem discipulo-
 rum facere præconem Euāgelii egregiū.



E N A R R A T I O

Proinde sicut te offendit ceruix erecta post peccatum, & ex desperatione contemptus: ita te facilem reddit humilis precatio, ad condonandum quod ex humana fragilitate committitur. Quis ergo adii-
 ciet narrare misericordiam tuam? Benignus es, patiens es, misericors es, & p̄stabilis super nequitia. Vox filii tui, qua nil suauius, nil iucundius miseris est mortalibus sic pronuntiatur: Nō ueni uocare iustos, sed peccatores. Reuera declarauit actu, quod uerbis prædicabat: nō em̄ uocauit phariseos, non superciliosos hoīes, qui se iustos contumaci temeritate iactabant, tuæ clementiæ, misericordiæ, gratiæ, non se indigos existimabāt, & id falso quidem, qui in suis obseruatiōibus scopum foelicitatis collocarant. Nolebant tuam intelligere iustitiam, sed suam poti⁹ statuentes, tuæ iusticiæ non subdebātur. Parui apud eos fidei iusticia ducebatur, qui legis opera maximi pendebant. Cæci erant, & medicum saluberrimum, qui cæcos uestiuit lumine claro, qui leprā tactu

P. S A L M I L.

fugauit, & ut reliqua sanitatis beneficia quæ lāguidis præstitit præteream, uita functos huic luci restituit, non herbarum medicamine, sed Verbo potentiaæ suæ: audire noluerunt, unde & peccatum eorū manet. Vocauit autem eos, qui de suis meritis non præsumebant, qui se turpes, qui se sordidos, qui se peccatores, taliq; indignos uocatione, nisi ut in illis tua manifestaretur potentia, quæ ex uasis iræ, uasa facit misericordiæ, profitebant. Quorum de grege sum ego, qui peccatorem me humili uoce testor, & misericordiam abs te efflagito. Timēdus est omnino mihi iudex, nisi idem redemptor secundum magnam misericordiam suam me poenitentem suscipiat.

INFINITVS est eorum numerus *q* Et secun-
dū multi-
tudinē mi-
serationē
tuarum.
per fidem filii tui domini nostri **I E S V**
Christi iustificantur. Credunt nanq; eun-
dem filium tuum pro nobis factū pecca-
tum, ut nos iusticia Dei efficeremur in il-
lo. Quanta sit in perditissimū genus mor-
taliū tua paterna dispensatio, hinc cog-

E

E N A R R A T I O

nosci poterit, si pensamus, eum te iudicē
 incredulis p̄parasse, quem credētibus mi-
 sisti liberatorem. Eramus filii & serui dia-
 boli, seruitutem seruiantes longe miseri-
 mam: uoluntas nostra tuum oderat iudi-
 cium, & prāter loca tartarea nil nos ma-
 nebat. Tum uero misericordiam p̄stitisti
 mortalibus, quorum peccata filii tui in-
 nocentia diluisti. Quantum in nobis erat
 nil minus q̄ de ruina qua misere iacuim⁹
 prostrati, surgere potuimus, imo tā gra-
 ui pondere peccatorum pressi, qualibus
 suppetiis nobis releuamen fieri posset, pe-
 nitus ignorabamus. Summa hęc erat mi-
 seria, quia miseros populos facit peccatū:
 sed qui per iusticiam ad mortem iudica-
 ti sunt, hi tua misericordia uitæ restituun-
 tur semper mansuræ. Sic em̄ dilexisti mū-
 dum, ut filium tuum unigenitum dares,
 ut omnis qui credit in illum non pereat,
 sed habeat uitam æternā. Quid hisce uer-
 bis suauius? nōne miserationum tuarum
 continent multitudinem? o salutis no-
 stræ pignus dulcissimum, o lærissimum

P S A L M I L.

oraculum . Paterna nanq; gestas in ho-
 munculos misellos uiscera, qui seruos per-
 ditos, & pallentibus umbris addictos, per
 filium tuum dominum nostrum I E-
 S V M Christum, misericorditer uisita-
 re dignatus es. Quod enim est lux Eoi sy-
 deris tenebris, hoc est filius tuus I E S V S
 mentibus humanis, Vt ille uenturam lus-
 cem nunciat, sic iste salutem aeternam ad-
 esse credentibus, morte testatur propria.
 Sic Paulus ille Apostolus, cuius cordi pa-
 racletus organo uranico succinit spiracu-
 lo sanctissimo, toti mundo praedicat, te
 eidem filio tuo non pepercisse, sed pro no-
 bis omnibus tradidisse. Quis hanc tam
 mirandam quam laudadam laudibus di-
 gnis decanter beneuolentiam? Dispersos
 nimirum uariis erroribus, uarii serpētis ua-
 rie delusos, in miseratiōibus magnis colle-
 gisti. Quid hisce clemētiae tuae donis alti⁹
 poterit excogitari? Ornasti coelū fulgēti-
 bus astris, terrā stabili firmitate suspēdis,
 iubes & flumina sempiterno fluere lapsu,
 syluas floribus regi, subsidere ualles, lapi-



E N A R R A T I O

dosos surgere mōtes. Hæc opera magna
 sunt, sed miserationes tuæ omnibus ope
 ribus tuis præstant. Hæc sane nos penes sic
 commendantur, ut eas nec ignis, nec e
 dax possit abolere uerustas. Non terminū
 habēt in tempore, quia misericordia tua
 ab æterno & usq; in æternum: nō eas ma
 gna turba peccantium minuere potest,
 quia misericordia tua a progenie in pro
 genies: non impediuntur inopia, quia di
 ues es in misericordia: non loco includit
 quia misericordia tua plena est terra: de
 niq; nec contrarietate corrumpitur, cum
 iratus fueris, misericordiæ recordaberis.
 Itaq; nō in iustificationibus meis proster
 no precem hanc, tuam ante faciem, sed
 in miserationibus tuis multis. Reminisce
 remissionū tuarum dñe, & misericor
 diarum tuarū quæ a seculo sunt: secundū
 miserationum tuarum multitudinem, de
 le iniquitatem meā. Primus parens mor
 talium suggerēte Diabolo, diuinitatis ap
 petiit celsitudinem, sed filius tuus decretū
 quod erat nobis contrarium in cruce eua

PSALMI L.

cuauit. Te pastorem ouem perditam, & in ualle lachrymarum errantem, ad gregem iustorum ut reducas, supplici prece deosco. Te patrem mitissimum, filium prodigū qui rem uniuersam in uoluptatibus spurcissimis absorbui, benigne ut suscipias deprecor. Quærito tuarum multitudinem miserationū, grauis est em̄ peccatorum meorū sarcina, quicquid mihi ad foedas delectationes cōuenire uidebas, ea qua potui perfecī diligentia. Porro sicut in me peccatorum est magnitudo, ita in te multitudo miserationum. Pater mitissime, miserere filio perditissimo: quod te patrē uocant mortales, id non habet ex natura, sed gratia: sane filius tuus potestatem dedit filios Dei fieri iis qui credūt in nomine eius. Et spiritus eiusdem filii missus est in corda nostra, unde clamam⁹ Abba pater. Veniant rogo mihi miserationes tuæ, & uiuam. Sed qualem uitā uiuam? Viuam in fide filii Dei, qui dilexit me, & tradidit se ipsum pro me: unde & iuste quod pro me dedit, mihi uendico.

E iiii



E N A R R A T I O

*Amplius
laua me.*

DEVS qui neminem uis perire, sed reuertentes a peccatis, benigne suscipis, quos tua gratia, ut redeant inflammat, amplius laua me ab iniquitate mea & a peccato meo munda me, ne fraudulentis hostis deceptioe, peccatum ipsum in cogitatione placeat, quod hac ipsa confessione mihi displicere testor. Non est obstinatio, non duritia, non illuies, non cumulus sordium, si manu tua cor peccatoris tractaueris, Sic enim errantes ad poenitentiam & conuersionem tua cohortatur clementia, ut in te credentibus, & in tua misericordia sperantibus, ueniam & uitam promittas aeternam. Quot hic testes tuae misericordiae recensere possem, qui non sua iusticia, nec suis meritis, sed tua clementia freti, te precibus pulsarunt, & ex sordibus mundi, ex peccatoribus iusti euaserunt? Fuere rursus haud parum multi, qui cum in profundum malorum uenissent, contempserunt gloriam tuam, contempserunt poenam, contempserunt monitus salutare. Profundum malorum est

PSALMI L.

obstinatum esse in malo, contumacem esse, desperare de uenia, & clementem tuæ clementiæ uocationem negligere. Sic obstinatus Cain: sic cor Pharaonis obduratum est. Porro sicut errantes miris modis ad poenitentiam non cessas reuocare, ita sola manus tua delicta purgat mortalium. Perficit sola tua clementia, quod nobis per Prophetam Esaiam præcipis: Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum uestrarum ab oculis meis. Exteriores dealbationes nil profunt ad adfectuum impuritates: sed ubi pater qui scrutator es cordium adfectus mundantur, non potest tota puritas non refulgere. Ita quicumque mundati sunt a uitiorum sordibus, & sacri baptismatis unda in nouum hominem regenerati, ex filiisque iræ, filii facti misericordiæ: tantum fauorem, non suæ uirtuti, non suis meritis, non suis operibus, sed tuæ immensæ clementiæ ueraciter adscribunt. Vere cum illis dico: Non nobis Domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam.

E iiii

E N A R R A T I O

Tibi debemus quod a peccatis purgamur: & nisi tu cor nostrum hagiæ sophiæ præparaueris habitaculum, frustra laborauimus tibi purificationibus externis habitationem expurgare. Peccatum humanum habitaculum est, sed quod uirtutibus, non imaginibus ornatur: multarum rerum capax est, quas etsi non assequitur, cogitatione tamen comprehendit. Nil uero sub uasto caelo est, quod ipsum præter tuam gratiam possit satiare. Te ergo tetras cordis nostri maculas abstergente, quandoquidem apud te est fons uitæ: illis annumerabimur, qui te superna in felicitate feliciter uidebunt. At ubi manum tuam a corde nostro auerteris, incredibile quantas scelerum spurcitas breui collecturum sit: unica spes nostra in filio iuo I E S U, qui sanguine proprio purgauit crimina mundi, quæ purgatio legalibus sacrificiis tanto præstat, quanto maior præstantiorque est is, quem lex & prophetae quondam uenturum, & populum suum redempturum pronunciauerunt.

PSALMI L.

Quantum uero tibi displiceat in peccatis excusatio, & contemptus dicitur: quis uidet nos, aut quis nouit nos? Et alio loco: Quomodo scit Deus & si est scientia in excello, facile perpenditur, cōsiderata cognitionis peccatorū utilitate. Superciliosi homines firmātes sibi sermonem nequam, in blandimentis, in delitiis & carnalibus desyderiis uiuentes, scopum foelicitatis in suis collocant adinventionibus. Vnde nolūt agnoscere quāta laborent infirmitate, cum sub coeli ambitu, non possit maior infirmitas torquere mortales q̄ peccatum. Quod nanq; letale uuln⁹ est corpori, hoc peccatum est animæ: sed se bene ualere, nihil mali sibi ipsis accidisse putāt, & unde sibi ipsis sani uidentur: sunt insatiabiles, p̄sertim q̄ te medicum salutiferum non quærunt, sed odio persequuntur potius. Non perinde gratus est illis salutiger, cum sibi ipsis fiant. Ego autem me periculoso ualentinario agnosco decumbentem, & misere quidem, & peccatum meum contra me

Quoniā iniquitatē meā cognosco.

E v



ENARRATIO

est semper, unde & medullitus ad te suspi-
ro, desyderans a peccatorum lāguore cu-
rari, Sana animam meā, quia peccaui ti-
bi: Sana me domine & sanabor, quoniā
laus mea tu es, Exaudi poenitentem, quē
ut resipisceret misericorditer expectasti.
Agnouit peccatum suum mulier illa pec-
catrix, & audit a filio tuo: uade in pace.
Agnouit peccatum suum latro in cruce,
& audit filium tuum dicentem: hodie me
cum eris in paradiso. Isdē filius tuus, suā
omnino nō uult in humano genere mor-
tem perire, qui factus est homo, ne gen⁹
periret humanum. Poenis indignis est ad-
fectus, ut peccatores idigni, a dignis sup-
pliciis erepti, de morte transirent ad glo-
riam immortalitatis.

*Tibi soli pec-
caui.*

Tibi soli peccaui, & malum coram te
feci, quia tu solus sine peccato, cui⁹
iudicium terribile est peccatoribus. Pec-
cantibus angelis non pepercisti, sed rudē
tibus inferni detractos in tartarū tradidi-
sti cruciandos. Propter peccatū primos
mortalium parentes e paradiso eiecisti.

PSALM L.

Deucalioneis aquis humanū genus p̄ter
 paucos dimerfisti: propter peccata primo
 genita sunt interfecta aegyptiorū. Et Pha
 rao flagellatus tandē cū Panoplia sua po
 suit animā in flumine, inde serpenres im
 missi, qui populū murmurātē uenenosis
 morsib⁹ tato cōcedere coegerūt. Tribus
 Benjamin propter peccatū Gabaonitarū
 exterminata est. Nec hic catalogū faciā, q̄
 peccatores adsignatos habeat, me ipsum
 tibi soli heu in multis peccasse confiteor,
 sed miserere mei ut iustificeris in sermōi
 bus tuis, & uincas cū iudicaris. Scio q̄ nō
 parcis delinquēti, nec peccatū sine uliōe
 relinqs: Miserere mei ut iustificeris in ser
 mōib⁹ tuis. Promisisti Abrae, promisisti
 Dauid fore, ut Verbū tuū de illorū semie
 carnē assumeret humanā. Porro si pecca
 tū Dauid tuo intercessisset proposito, quo
 decreueras filiū tuū de illi⁹ semie incarnā
 dū, oīno gen⁹ p̄isset humanū. Sed Dauid
 amator iusticiae, uotis ardētiss. quod ei pro
 miseris p̄fici desyderabat: id si dilatū fuis
 set, iā mortales te incōstātia arguissent.

E N A R R A T I O

sed uerax es, & quod promisisti, ad esse
 ctum duxisti. Tibi grates referim⁹ immē
 sas, agnoscentes paternam tuā in nos cle
 mentiam. Agnoscimus quoq; Verbi tui
 pro nobis incarnati misericordiam, qua
 nos in suo sanguīe lauit a peccatis nostris.
 Per deuia errabamus, & uenit ad errātes
 uia, monstrans aditum ad coelos: uenit
 ad agros medicus, qui salutem dedit lan
 guidis: uenit ad mortuos uita, quæ uicit
 mortem, & Christologis preparauit uitā
 sine fine beatam: in eo em̄ quo iudicatus
 est in hoc mundo, principem huius mun
 di iudicauit. Primus parens noster iuste
 fato concessit, sed filius tuus Dominus I E
 S V S, qui peccatū non fecit, iniuste mor
 tem sustinens, nos a morte perpetua libe
 rauit. Nec aliunde uitam habent morta
 les, q̄ per illum qui uenit ut saluet mun
 dum. Non me punias ut peccatorem, sed
 miserere mei, ut iustificeris in sermoni
 bus tuis: serua pactum quod nobis in Pro
 pheta promisisti inuiolatū, sic em̄ dicis:
 Nolo mortē peccat. sed ut cōuer. & uiuat.

PSALMI L.

DEprecor te pater misericordiarum
 ne iuxta delicti grauitatem, multi-
 tudinemq; scelerū, mercedem exoluas.
 Peccare humanum est, & adeo humanū
 ut natura ab Adam propagata, nil possit
 nisi peccare: a stirpe (ut aiūt) peccatum
 sumus: sicq; insidet peccatum naturæ no-
 stræ, & in penetrabilia reptat cordis no-
 stri, ut ne conceptio quidem culpa uacet.
 Ecce in iniquitatibus cōceptus sum, & in
 peccatis concepit me mater mea. Ex uno
 Adam quotquot nascimur, peccatores su-
 mus, filii iræ, filii uindictæ, filii gehēnæ:
 sed misericordia tua per unigenitum fili-
 um tuum dominum nostrum **IESVM**
Christum propiciatur omnibus iniquita-
 tibus nostris, sanat omēs infirmitates no-
 stras, redimit de interitu uitam nostram.
 Prior Adam nobis auctor extitit damna-
 tionis: sed secundus Adam uidelicet **Do-**
minus IESVS nobis auctor est gratiæ.
 Ille nobis peccati maculam indidit cum
 qua nascimur ad culpam. Iste uero nobis
 sanguine suo parauit aditum ad terrā ui-

*Ecce enim in
 iniquitatibus
 conceptus
 sum.*

ENARRATIO

uentium: Prior Adam nobis hereditario iure reliquit exilium, pallentes morbos, seruitutem, laborem, suspiria, noctes discq; querulas, mille pericula reru: deniq; mortem, q; cuncta fere ad nihilum redigit nascentia. At secundus Adam, coeli restaurauit sanguine suo dispendia, paternae p; uaricationis metum, que saui hostis fraude circumuenta mortalitas incurrit, exoluit uincula captiuitatis nostrae dirupit, & in se credentibus libertate donauit. Adhac per Adam terrenum perdidimus gratiam priorem: at per secundum uidelicet coelestem recepimus ampliorem. Sic scriptu est: Lex per Moysen data est, gratia & ueritas per IESVM Christu facta est. Hac cum uera sint, & a me fide firma teneant, rogo te Deus, condona noxam, qua te offendi: nec intres in iudicium cum seruo tuo. Recordare, quia puluis sumus: reduc ad memoriam q; exiguo figmento nostra sit compacta fragilitas: in peccatis iacentes, haud qua; ad innocentiam respirare possumus, nisi tua misericordia nos

P S A L M I L.

subleuaueris. Quibus autem dignius exhibetur misericordia q̄ in miseris constitutis? Aut negabis misericordiā eis quos multis miseris replendos prima uox declarat: q̄ primum in lucem uenimus, quā tā calamitates nos maneant, lachrymis testamur. Inde magna nobis cum carne luctatio, quæ uoluptatibus spiritui intercedit, quo minus te sequatur: & nisi tuanobis inpratermissē subueniat misericordia, miseritē dimns ad Plutonia regna.

DEus sine quo labitur quicūq; suis cōfidit operibus, miserere mei. Expectas peccatores, ut reuertantur, saluas labentes ne pereant, redeuntē summa cum læticia suscipis, emollis durum, cito dimittis offensam, modo peccator se peccasse confiteatur, & ueniam abs te postulet. Verax es, & ueritatem dilexisti. Iurasti Dauid seruo tuo, de illius semine Verbum tuum, quo coeli solidati sunt, incarnandum, & quod tu promisisti, ad effectū

Ecce enim ueritatem dilexisti

E N A R R A T I O

duxisti, idque cum salute nostra. Vnde ho-
 noratum uentura in secula nomen tuum
 mortales ducent, qui tua clementia a dia-
 boli captiuitate sunt liberati. Seruo tuo
 Dauid incerta & occulta sapietiae tuae ma-
 nifestasti, qua decreuisti pro salute mundi
 filium tuum dare, & unigenitum quidem.
 Paucis haec occulta pronuntiabo: princi-
 pio quidem filii tui primum in orbem adue-
 rum denunciat: sic Psalmus habet: De-
 scendet sicut pluuia in uellus, & orietur in
 diebus eius iusticia, & abundantia pacis,
 donec extolletur luna. Rursus primitias
 gentium iam ad salutem mortalium fili-
 um tuum hominem factum ueneratum,
 psalmus decantat: Coram illo procident
 aethiopes, reges Tharsis & insulae munera
 offerent, reges Arabum & Saba dona ad-
 ducent. Nomen eius quoque exprimitur,
 Thronus tuus Deus in secula seculorum, uir-
 ga aequitatis, uirga regni tui. Dilexisti iu-
 sticiam, & odio habuisti iniusticiam, pro-
 pterea unxit te deus tuus oleo exultationis.
 Passurum eundem filium tuum prouidebat,

P S A L M I L

& eius sub persona hæc deprompsit : Congregata sunt super me flagella & ignoraui, dissoluti sunt nec compuncti sunt, tentauerunt me, deriserunt me derisu : & dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Et alio loco : Effoderunt manus meas, & pedes meos, denudauerunt omnia ossa mea : ipsi autem contéplati sunt me : diuiserunt sibi uestimenta mea. Illum apud inferos non mansurum in Psalmis est : Nō derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum uidere interitum. De resurrectione illius a mortuis : Exurge gloria mea, exurgā diluculo. De illius apud te sessione : Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis, quoadusq; ponam inimicos tuos suppedaneum pedum tuorum. Et in eodē Psalmo de sempiterno illius sacerdotio : Tu es sacerdos in æternum secundum ordinē Melchisedec. Hæc & alia de filio tuo IESU DAUID cecinit, quæ facta & credimus & cōfitemur, deniq; eis annumerari gaudemus, quibus cœlestem philosophiā re-

F



E N A R R A T I O

uelasti, quam humanæ sapientiæ turgidos cælasti: quanq̄ nos sumus humiles, quanq̄ pusilli, magni tamen apud te sunt qui fidei simplicitatem synceritatēq̄ retinent. Et cū tuæ maiestati placuerit, deperditos filios in scelere mortali, non aliter q̄ filii tui sanguine a perpetuæ mortis eripere casibus, rogamus, misericordiã tuã nobis hic cōcedas & gratiã, quo post hãc uitã cœlesti in patria tuo uultu fruamur.

*Asperges
me Domi-
ne hyssop-
o, &
mund.*

PRæcepisti in lege tua, ut qui corporali lepra laborarent, mundandi ducerentur ad sacerdotem: is em̄ luridæ scatebras lepræ, ligno cedrino & hyssopo purificabat. At ego longe infœliciori languore detineor. Vnde ad te dirigo gressum Deus, ut spiritu tuo qui flagitiorum oĩm purificator est me purifices a peccato. Quidam corporali lepra infecti, filium tuum IESVM adierunt: & quum tam de medicina q̄ natura desperassent, sanitatis optabile beneficium illius potenti sermone reportauerunt. Asperges me domine hyssopo, & mundabor, lauabis me, & super

PSALMI L.

niuem dealbabor. Absterge maculas peccatorum nostrorum. Effunde super nos aquam mundam, & munda nos ab omnibus inquinamentis nostris. Non enim te uideri possumus, si tua gratia sordes uitiorum in nobis differas purificare: odiosa lux est agris oculis, quam puris amabilis est: fac nos puros illibatosque, quo te superna in patria cernere ualeamus in diem eternitatis regnantem.

Mortalium primo parenti gratia facta est promissio, te dicente ad serpentem: Caput tuum conculcabit: qua promissione subleuatus est Adam, qui alioque periisset. Abrahæ quoque facta est promissio, fore ut in illius semine gentes omnes benedicerent. Itaque promissio gratia tuae misericordiae tuae, beneuolentiae tuae, per Christum exhibita mortalibus, gaudium dat auribus meis, laetificat animam serui tui. Ipse enim in carne quam nostri causa assumpsit, magnam spem & consolationem nobis praestitit. Hominem enim misere cadentem, misericorditer releuauit, & cum ille se ipsum morti subdidisset.

*Auditui
meo dabis
gaudium.*



E N A R R A T I O

set æternæ, iste pro ei⁹ liberatiōe e cœlis
 lapsus est in terrā. Ista tua dilectiōe tā mi
 rāda, tam propensa, tā ardenti, qua filiū
 tuum ut seruuli liberarentur in mundum
 misisti, nil nobis charius esse potest aut iu
 cūdius, planeq; sic adfecti sumus, ut tam
 ineffabile bonum, antiquius nobis sit &
 desyderabilius, totius mundi gloria. Nil
 iucundius audire possunt ossa humiliata,
 q̄ filium tuum I E S V M sanguine suo,
 nos tibi recōciliaffe. Atq; hic tam causam
 q̄ modum agnoscam. Causa prior, om
 nes peccauerūt & destituūtur gloria tua.
 Modus uelle tuum iustum sed conditum
 gratia. Redempti sumus per I E S V M
 Christum, quem proposuisti propiciato
 rem per fidem in sanguine ipsius, qui im
 mortalem ex mortali, de terracœlum, ex
 filiis iræ filios fecit misericordiæ.

*Auerte fa
 ciem tuam
 à peccatis*

Nisi me tua misericordia a peccatis
 subleuat, certissime scio mihi pœnā
 ignis æterni paratā: certissime scio, me sce
 leris supplicia pensurum, nisi omnes iniq
 rates meas deleueris. At quot peccatores

PSALMI L.

tuam sunt consequuti gratiam? quot mi-
 seri adepti sunt misericordiam? quot profu-
 gi in domo tuæ benignitatis recepti, &
 clementiæ mensa donati? quem exclusit
 tua misericordia, quamlibet enormi sce-
 lere implicatum? cui negauit gratiam tua
 largitas quantumuis iniquo? quis unquam
 a tua benignitate quantumlibet sordidus
 quantumlibet peccator proiectus est? Præ-
 stas nimirum peccatoribus audaciam re-
 uertendi, quum non poenam sed miseri-
 cordiam spondes reuertentibus. Sic enim
 nos ad te uocas: Derelinquat impius uiam
 suam, & uir iniquus cogitationes suas, &
 reuertatur ad dominum, & miserebitur
 eius, & ad Deum nostrum quoniam mul-
 tus est ad ignoscendum. Et alio loco: Tu
 fornicata es cum amatoribus multis, ta-
 men reuertere ad me, & ego suscipiam,
 Reuertor, sed auerte faciem tuam a pec-
 catis meis, & omnes iniquitates meas de-
 le. Tu enim solus es qui deles iniquitates no-
 stras. Gratiam abs te postulo, non enim
 me propria saluare potest iusticia. Sic to-

F iii



E N A R R A T I O

tum in orbem propagata est primi hoīs
trāsgressio, ut nullum esset remediū mor
talibus, p̄ter innocentissimam mortē me
diatoris Dei & hominum hominis I E S V
Christi. Reduc in nos pater misericordia
rum cor misericordiæ: nos informes in
forma, informando reforma, qui se tuæ
gratiæ reos cognoscūt. Gratia tua cor no
strum, coelitus terrenarū ab æstu cupidita
tum temperet, quo te uelut ceruorū hin
nulus sole feruente recipias, summa nāq;
tibi iucunditas, in corde pœnitentium q̄
desyderabiliter requiescere.

*Cor mun=
dum crea.*

DEus cuius ineffabilis bonitas morta
les gratuita dilectione dilexit, cum
in eis nil esset, quo tuum possent fauorem
eblandiri, cor mundum crea in me. Ani
mas nostras sanguine filii tui, ad similitu
dinem reformasti priorem, quæ per pec
catum fuerant deformata. Et ut ostende
res quantū nos diligeres, ab æternæ mor
tis uinculis, non nisi morte filii tui unige
niti liberaasti mortales, non misericordiæ
impendens beneficium modo, uerū etiam

PSALMI L.

quanta in nos tua esset clemētia paterno
 monstrans affectu. Cæterum q̄ grauis sit
 plerisq; exterioris munditiæ cura, hic mi
 nime dinumerabo, qui cor meum sordi
 bus inquinatū peccatorum, apud te fontē
 puritatis exhibeo, ut purifices. Quod si ti
 bi rerum omnium creator magis accep
 ta esset exterior q̄ interior puritas, longis
 simis nos parasangis stellæ, gemmæ, flo
 res, pictæ deniq; uolucres præcurrerent.
 Atqui in corde malorum bonorumq; cō
 stituitur electio. Prauū est cor hominis.
 De corde exeunt cogitationes malæ, a
 dulteria, homicidia, furta, & id genus
 pestes. Te rogo, qui cor scrutaris, & re
 nes probas, cor mundum in me crea. Nō
 enim meo studio, non meo conatu, non
 meo labore, non meis meritis cor meum
 fit mundum ac purum: quod multis sor
 dibus impletum est, sed tuo dono potius,
 qui cognoscis quanta nobis miseris mor
 talibus sit fragilitas. Cor mundum crea
 in me DEVS, & spiritum rectum san
 ctum ac purum innoua in uiscerib⁹ meis.

F iiii



E N A R R A T I O

Peccatum adeo interiora mea disturba-
uit, ut præter carnis delicias nil possim de-
syderare. Sed spiritus tuus rectus, me sic
instruet, ut mihi in rebus mortalibus nul-
la sit amplius delectatio: quum enim terre-
nis in cœlis uita promittitur, modo I E-
S V M Christum, salutis æternæ cogno-
scant autorem, fugitiuam hanc uitam,
& si fieri posset tenere non desyderabim⁹,
sed potius omnem laborem, cogitatūq;
in te summum bonum dirigemus.

*Ne proijci-
as me a fa-
cie tua.*

Dominator domine deus misericors
& clemens, patiens & multæ miseri-
cordiæ ac uerax, qui custodis misericordi-
am in millia, qui aufers iniquitatē & sce-
lera atq; peccata, nullusq; apud te per se
innocens est: ne proicias me a facie tua,
& spiritum sanctum tuum uiuificantem
rerum omnium, quem das in remissionē
peccatorum, & humani generis sanctifi-
cationem ne auferas a me. Proiectus est a
facie tua Pharaon, quod nō obaudierat uo-
cem tuam. Proiectus est a te Saul, q; ser-
monem tuum proiecerat. At ego tuū sub-

PSALMI L.

cōspectum uenio, ne proicias a facie tua
 sed rursus erecto corde, uersoq; in terrā
 uultu deprecor. Difficile dictu est, quan-
 to opere conciliet animos miserorū tua mi-
 sericordia. Hæc eī non meritum, sed mi-
 seriam consyderat. Non respicit personæ
 dignitatem, sed subleuat inopiæ fragilita-
 tem potius: ægrotus salutis desyderio fa-
 ctus impudens, ad te medicum accedo.
 Peccator sum, sed tu filium in mundū mi-
 sisti qui mortales a peccato liberaret: pau-
 per sum, at pauperum animas saluas faci-
 es. Captiuus sum, sed tu quem penes est
 copiosa redemptio, gratis uenundatos,
 absq; argēto redimis. Seruus sum, me pec-
 catum uicit: sed filius tuus IESVS, uere
 liberos quos libertati restitueret, pronun-
 ciauit. Deniq; omnes laborantes & onera-
 tos ad se ut ueniant, benigna comitate,
 dulci quoq; affabilitate inuitat, fore ut il-
 lius consolatione reficiant. Sed & pro no-
 bis pauper factus est, ut in illo diuites esse
 disceremus. Propter nos formā serui su-
 cepit, ut credentium gentium peccata



E N A R R A T I O

purgaret, & amissam libertatem restitueret. Propter nos ab arce poli descendit, & in terris nostra se uestiit natura, ut in illo & per illum ad coelum nobis aditus panderetur. Pro nobis tibi pater omnipotens, primi parentis debitum soluit, & ueteris peccati cautionem suo sanguine deterfit, ut iam per illum Christologæ uitæ participes fiant æternæ, qui propter peccatū, uinculis mortis æternæ tenebantur.

*Redde mihi
lætitiā salu-
taris.*

N Il mihi tam expediens, nil tam necessarium, nil tam salubre, q̄ salutaris tui læticia, Hanc mihi Deus redde, & spiritu principali me confirma, ne ultro tuam offendam patientiam. Consolida in me mentem humilem, quam nec supplicia frangant, nec blandimenta pertrahant ad peccandum, sed spe potius in æternitatem erigatur. Redde mihi lætitiā salutaris tui, salutare tuum filius tuus est, carne gloriam deitatis circumtegens, qui in temporum plenitudine mundo reuelatus est. Siquidem illum humanus ocellus

PSALMI L.

non potuisset cernere, nisi nostram carnē induisset, qua saluauit quod ad interitū duxit callidi serpentis fraudulētia. Isdem filius tuus nos misellos homunculos tibi pater æternæ gloriæ reconciliauit sanguine suo, & ex inimicis amicos fecit sane gratissimos. Non enim poteris non amare, quos filius tuus IESVS tibi morte sua uēdicauit. Seruiebamus seruitutem longe miserrimā: hic uero ut nos a maledicto legis redimeret, factus est maledictum pro nobis. Pacem fecit inter te & hominē, unde & cum natus esset temporaliter ex uirgine, ut nos saluaret æternaliter in coelis. coelicos per nuncios magna luminis claritate stipatos, pax in terris nunciatur, & in altis gloria. Quid iucundius, quid lætum magis, q̄ audire IESVM pro peccatoribus mortuum, & debitum Adæ soluiffe quū nos non essemus soluēdo. Est in mundo lætitia, sed adeo inconstans, adeo labilis, adeo peritura, ut uix gustata, luctū doloremque exhibeat mortalibus: inde angustia, inde timor ac metus gehennæ,

E N A R R A T I O

Sed ubi læticiam salutaris tui per Euangelium audim⁹, mox in summam spem impetrandæ ueniæ subleuamur. Senior ille iustus & timoratus, iamq; ad silicernium uocatus, cum luminibus suis hoc salutare cōspexisset, mox in misericordiæ tuæ laudes exultim erupit, & se in pace dimitti, quum uotis eius satis esset factum ardentissime rogauit.

Docebo iniquos uias tuas

DOcebo iniquos uias tuas, & impii ad te cōuertentur: propter nomen tuū domine propiciaberis peccato meo. Mutatio dextræ tuæ, uitiis implicatos, ad uirtutes solet misericorditer mutare, & in adoptionem filiorum dei foeliciter transformare. Sic Paulus (ut alios omittam) ex persecutore factus prædicator, ex lupo agn⁹ ex sæuiente credens, ex filio perditionis, uas electionis. Sane hic filium tuū in mūdum uenisse, apertis tibiis (ut aiunt) testat peccatores ut saluos faceret: inter quos se primum propter iniquitatis multitudinē profitetur. Quanta uero sit illius misericordia, qui mortuus nō pro fidelibus, sed

P S A L M I L.

ut faceret fideles, declarat hisce uerbis :
 Sed misericordiam consequutus sum, ut
 in me primo ostenderet I E S V S Christ⁹
 omnem patientiam, ad informationem
 eorum, qui credituri sunt illi in uitam æ
 ternam. Interim cum tuum iudicium ne
 mo effugiet, docebo iniquos uias tuas,
 quo bonitatis & patientiæ, & longanimi
 tatis tuæ diuitias amplecti festinent, ne si
 bi ipsis thesaurizēt iram in die iræ? Quan
 tisper spiritus hos reget artus, non est de
 sperandum de clementia: quantisper ui
 talis permanet aura, tantisper est tempus
 misericordiæ: quod em̄ phœbus comune
 lumē hominibus est, & uoluptas, hoc mi
 sericordia tua pœnitentibus est in hac ui
 ta. At ubi nox uenerit, nemo poterit ope
 rari. Sic diues ille qui uentri uixit amicus
 tartareis umbris detentus, misericordiã
 implorabat, sed in nocte petiit. hoc est nō
 exauditus est, qui uita comite noluit resi
 piscere. Et peccatores neutiquã excusant,
 qui misericordiæ tuæ neglexerunt ample
 cti patientiam, quin potius crimine du

E N A R R A T I O

plici notentur, & quod legem transgressi sunt, & quod misericordiam dum temp⁹ est ueniam, implorare distulerunt. Sane ubi monstratum fuerit impiis, te nusquam non peccatorem paratum suscipere, modo te patrem misericordiarum quem peccatis offendit, confessione placet, mox ad te conuertentur. Nisi enim misericordiam præbere uoluisses resipiscentibus, ad poenitentiam peccatores in Euangelio non uocares. Ex tuo munere gratia datur petentibus, ut ad te qui uia es ueritas & uita perueniamus. Nisi tua gratia, nisi misericordia tua trahat hominem, haud quaquam ad poenitentiam & conuersionem suis uiribus flectitur. Itaque fragilitas est quod labimur, gratia quod præuenimur, ut tuæ nostram subdamus uoluntatem, donum quod tua uirtute in certamine seruamur.

Curramus omnes ad te fontem misericordiam, & quem nobis delicta fecerunt iratum, malæ actæ uitæ confessio reddet placatum.

P S A L M I L.

DEus qui mira dispensatione consilii
& peccata punis, & pœnitendi tem
pora largiris, ita sane ut a nobis argumen
tum damnationis tollatur, quibus huius
uitæ spacia longiora concedis, libera me
de sanguinibus. Iudicium nolo, quod im
pensa misericordiæ argumenta conuer
rit ad pœnam, his qui tempora concessa
pœnitentiæ, in culpam præuaricationis
maiores aggregare nō erubere. Quod
enim peccatores diutius expectas: quod
eis clementer pœnitendi tempora conce
dis, iudicium pronunciat, nisi conuertan
tur. Libera me de iudicio Deus, Deus sa
lutis meæ, & lingua mea tuam iusticiam
summo gaudio depromet. Deus es salu
tis meæ, siquidem extra te salus est mor
taliū nemini. Tuæ præterea misericor
diæ est, non meriti nostri, quod peccan
tum misereris, quod errantes reuocas,
quod gratiam ubi abūdauit iniquitas su
perabundare facis, quod uirtutem elar
giris, quod clementiam tuam immen
sam in nos misellos homūculos diffundis

*Libera me de
sanguinibus
Deus.*

ENARRATIO

Adhæc anticipas deserētis precem, dum
monesq; persuadesq;, qui te fontem uitæ
deseruerunt ut reuertantur. Deniq; polli-
ceris clementiam desertori, & peccatum
agnoscenti gloriam. Fateor me peccasse,
& obnoxium iudicio, morti, gehennæ:
libera me deus salutis meæ. Quantum ad
me attinet, dilationem uindictæ sic acci-
piam, ut locum pœnitentiæ mihi datum
confidam. Libera me de sanguinibus deus
salutis meæ, & exultabit lingua mea
iusticiam tuam. Cum tuæ credimus pro-
missioni, & credendo confitemur pecca-
torum remissionem, per filium tuum no-
bis elargiri, iusticiam tuam laudibus ce-
lebramus. Non est in hoc loco meritorū
respectus, sed memorabor iusticiæ tuæ so-
lius, quæ non ex operibus, sed ex fide in fi-
dem est. Nisi em̄ filius tuus e coelis in ter-
ram delapsus, ad nos in humilitate uenisset,
ad illū nemo peruenisset. Itaq; non se
extollat contra gratiæ tuæ sublimitatem
fastus pharisaicus, mox in tenues auras e-
uasurus, de suis gloriās meritis: quicūq;

P S A L M I L.

Christo nomen dedimus, & ipsum credimus pro nobis peccatū factum, ut iusticia tua in illo efficiamur. Scimus te perfecisse plenissime, quod Abrahamæ promisisti, uidelicet, ut pater multarum gētium esset. Sic tibi fidentes, non ueri, sed ueriores, nō ueriores, sed uerissimi sunt filii, qui non carnis posteritate, sed fide ipsum expriment Abraham.

Domine. cui humilium & mansuetorum semper placuit deprecatio, cuius filius nullo peccato maculatus, in ara crucis nostris pro peccatis seipsum tibi obtulit, aperies labia mea, & os meum annuntiabit laudem tuam. Digne tibi mortales persoluunt preconia laudis. Est enim uoluntatis tuæ, ut omnes homines salui fiant, idque per fidei iusticiam. Nonne digne laudaris, qui extremis diebus pereunti mundo succurrere dignatus es, constituens omnium saluationem hominum in Christo? Sicut enim omnes nationes a tuis recesserunt institutis, ita conclusis oibus sub peccato misericordiam pollicitus es.

G

E N A R R A T I O

Misisti gratiæ sacramētum in summo pe-
riculo constitutis, quādo nulla gloriatio
meritorū poterat ostentare gratitudinē,
Filius tuus nobis perditam restituit hare-
ditatem, & a crudelissimo nos tyranno li-
beravit: quanti nos feceris, precium no-
stra pro redemptione datum testatur: nō
em̄ auro, non argento, sed precioso sang-
uine filii tui nos a seruitute q̄ miserrima li-
berasti. Vnde ut filium tuū glorificemus
in corde, & portem⁹ in corpore nostro ne-
cesse est.

*Quoniam
si uoluis-
ses sacrifi-
cium.*

L Audem potius q̄ sacrificium tibi red-
dam deus, quia in holocaustis tibi nō
est delectatio. Sic filius tuus ad te in Psal.
loquitur: Holocaustum pro peccato non
postulasti, corpus aut̄ aptasti mihi. Isdē
filius tuus, se pro nobis miseris mortalib⁹
semel, uiuum illibatissimumq; holocau-
stum in crucis ligno obtulit, per quē quic-
quid in Adam perdidimus, recuperamus.
Sacrificium laudis honorificat te, & grates
tibi perēnes canimus, q̄ nos ad imaginē &
similitudinem tuam creasti, quo benefi-

P S A L M I L.

cio cœlum, solem, lunam, stellas, om-
 nesq; creaturas superamus: siue nobilita-
 tem earum spectem⁹, siue dignitatem cō-
 templemur. Népe propter nos facta sunt
 omnia. Ut interim taceam de potentiis a-
 nimæ naturalib⁹: ut taceam de corporis
 mirabili decore: ut taceam de paterna so-
 licitudine, qua nos foues: omnes creatu-
 ræ uno spiritu (ut ita loquar) ac pari uoce
 testantur, nos illis omnibus p̄stare. Quis
 tuæ clementiæ pro tam innumeris bene-
 ficiis dignas persoluet grates, quandoqui-
 dem nulla nostra præcesserunt merita, q̄
 tanta dona eblandirētur? Adhæc summa
 ex dilectione filium tuum in mūdum mi-
 sisti, nostræ consanguineum naturæ, nō
 ut mundum iudicet, sed ut propter illius
 peccata ad iudicium susciperetur. Myste-
 rium impleuit seruitutis, factus obediens
 usque ad mortem, ut eos quos peccatum
 miserrimæ captiuitati subdiderat, san-
 ctissimam ad libertatē reuocaret. In hoc
 apparet charitas tua in nobis, quoniam
 filium tuum unigenitum misisti in mun-



E N A R R A T I O

dum, ut uiuamus per ipsum. Ipse enim est propiciatio pro peccatis nostris: ipse est uerus gygas currēs fortiter, qui destructa lege mortis, errantem ouiculam sanguine suo ad angelorum duxit subsellia. Ipse uerus est lucifer, non is qui parui syderis radio uenturam lucem nunciat, sed qui illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Quo miseri mortales tantam Dei erga nos dignationem comperabimus? Nimirum tibi pater aeternae gloriae grates referimus immensas pro beneficiis nobis ex tua misericordia collatis, creationis, gubernationis, conseruationis quodque ex admirabili commertio, quo filius tibi consubstantialis factus est homo, ex pauperculis extraneis, ignobilibusque seruis, tuos filios adoptasti. Laus tibi Christe decus & imperium, patris unice, qui tuo sanguine perditos semelque infœliciter genitos filios patri supremo reconciliasti: sit tibi quoque sancte spiritus qui deus delicta reorū, cum patre & filio coequalis laus & gloria in omnia secula. Amen.

P S A L M I L.

MOs est hic populus qui unius dei cultum ignorant, simulacra caede poscere ueniam, & flagrantibus aris (infandum dictu) paruos imponere natos. Porro sub ueteri lege, sacrificia ex occisis animalibus offerebantur. Quorsum tandem haec? Quale sacrificium a nobis Deus postulat? Si oblaturi sumus hircum aut taurum, dicet nobis: Meus est orbis terrarum. Et apud Esaiam sacrificium fastidit, ut: quid mihi, inquit, multitudinem uictimarum uestrarum? Certo sciamus ipsum non nostra, sed nos quaerere: misericordiam uelle, non sacrificium. Nil gratius illi, quam ut miseris misericordiam exhibeamus, & noxam condonemus poscentibus ueniam. Magis uult delictis per misericordiam ignoscere, quam punire iusticia nocentes. Misericordiam exhibeamus naturae consorti. Plane iusticia nos extingueret, nisi misericordia sustineret, expectaret, conseruaretque. Sacrificium autem quod Deo placet, est spiritus contribulatus. Caro nonnunquam tribulatur, dum peruersis illius desiderijs uota

*Sacrificium
Deo, spiritus
contribulatus.*



E N A R R A T I O

non succedunt Spiritus uero contribulatur anxietate carnis contra ipsum dimicantis. Tantisper namque cum carne, quæ nil nisi terrena cupit, luctatur, dum mole corporis circundamur. Quantum in nobis est perditæ uiuimus. Solatium uero nobis est quia cor contritum & humiliatum Deus non despiciet. Iustificatus est humilis publicanus pectus suum in templo percutiens, & reiectus est superbus phariseus. Gratius erat filio tuo mulieris peccatricis poenitentia, quam superbi commensalis pompositas. Ille perinde ac si scelere uacaret, murmurabat: hæc criminis conscia, plorabat. Ille compeccantem spernebat: filius tuus peccati nescius, poenitentem exaudiebat, foedam amabat, ut pulchram redderet. Pharisei ex lege iusticiam quarebant: hæc uero per fidem filii tui IESU iustificata, quod efflagitabat posse se ab eodem percipere non dubitauit, unde ei dicitur: Fides tua te saluam fecit, uade in pace.

Domine rex omnipotens, in cuius potestate cuncta sunt posita, qui secun-

PSALMI L.

dum altitudinem tuā multiplicasti filios
 hominum, cui omnis creatura seruit, quē
 omnes populi magnificant, a quo bona
 cuncta procedūt, benigne fac in bona uo-
 luntate tua Sion, catholicæ uidelicet eccle-
 siæ, filium tuum IESVM principē pa-
 cis in cœlis quandoq; uisuræ. Hanc em̄ a
 sordibus peccatorum idem filius tuus ex-
 purgauit. Hanc ut ab hostibus liberaret
 crudelissimis, peccato uidelicet & morte
 seipsum impendit. Hanc deniq; inter hui⁹
 mundi turbines potenti uirtute seruat. Be-
 nigne fac domine in bona uoluntate tua
 Sion, ut ædificentur muri Ierusalem. Di-
 xisti per Prophetam: Reuertar ad Ierusa-
 lem cum misericordia, & ædificabit̄ in ea
 domus. Reuertere ad nos pater misericor-
 diarum, & deus totius consolatiōis, & re-
 duc in nos cor misericordiæ, qua pristinis
 a sordibus purgati, te regem regum in su-
 perna hierosolyma contemplemur. Sic
 quoq; muri Hierusalem ædificabūtur, dū
 mentes quæ a culmine recto, in uoragi-
 nem uitiorum ceciderint, ad spem miseri-

*Benigne
 fac Domi
 ne in bona*



E N A R R A T I O

cordiæ & gratiæ per Eāngelii filii tui syn-
ceram prædicationē eriguntur, & tuo au-
xilio contra sæuentium ictus hostium so-
lidantur.

*Tunc accepta
bis sacrificiū
iusticiæ.*

ITaq; totum in orbem I E S V Christi fi-
lii tui domini nostri diuulgato Euange-
lio, cum miseri mortales, quanta tua sit
misericordia, quanta clementia in poeni-
tētes, agnouerint: quandoquidem eundē
filium tuum tibi coæternum consubstātia
lēq; in terras misisti, ut induta nostræ mor-
talitatis substantia, nos secū tuī regni co-
hæredes faceret, tūc acceptabis sacrificiū
iusticiæ oblationes & holocausta, tūc im-
ponent super altare tuū uitulos. Curæ no-
bis erit, quicumq; Christo nomen dedim⁹,
ut corpora nostra tibi uiuentem hostiam
per carnalium desyderiorum mortificati-
onem exhibeamus. Inde acceptabis sacri-
ficiū iusticiæ, qua nos in fide filii tui iu-
stificamur. Huius iusticiæ sacrificiū ac-
ceptabis, non ceremoniæ, qua gratiā tuā
haberemus cōtemptui, nobis ipsis fidētes.
Pro multo thure, ueteris hominis nostri

PSALMI L.

mortificationē libabimus. Hæc tibi gra-
 ta sunt holocausta, quibus uitia perimun-
 tur, non corpora. Id enim Christianum
 decet, ut in omni uita Christum filium
 tuum glorificet & portet in corpore suo,
 & ad cœlestia nusquam non tendat: impo-
 nentur super altare tuū uituli, quum nos
 informes profiteamur, & ab æternæ mor-
 tis uinculis, non nisi sanguine filii tui libe-
 ratos agnoscimus, testamurq;: commen-
 das nanq; charitatem tuam in nobis, quo-
 niam cū adhuc peccatores essemus, filius
 tuus pro nobis mortuus est, multo ma-
 gis nunc iustificati in sanguine ipsius, sal-
 uii erimus ab ira per ipsum: sic placuit ma-
 iestati tuæ pater omnipotens, ut hostis
 antiquus debitores liberos dimitteret,
 qui crederent se iustificari sanguine illius
 quem sine ullo debito occiderat. Delu-
 fus est enim carnis edulio turbidus ho-
 stis. Hunc crudelissimum tyrannum qui
 nos durissimis uinculis detinebat, idem fi-
 lius tuus quæ non rapuerat exoluens, in
 sua spicula ruentem prostrauit, tandēq;

G v

E N A R R A T I O

uictor mortis triūphali gloria laureatus
 unde exierat, cœlestem conscendēs ad ar
 cem, hominem ad immortalitatem per
 duxit. Et quia tanta nos charitate dile
 xisti, ut non solum postquam filius tuus
 I E S V S pro nobis mortuus est, dilige
 res, sed & antequam orbis hanc fabricam
 perornares, in ipso nos eligeres, fac mise
 ricordiam tuam in hac uita ut sentiamus.
 Peccatum regnū in nobis per filium tuū
 destructum, uariis modis adfectat erige
 re, unde si auxilium gratiæ tuæ nobis sub
 traxeris, ex fragilitate succumbimus. Mi
 sericors es, ueniam abs te nostris pro de
 lictis efflagitamus, non opera nostra, nō
 merita, ante thronū maiestatis tuæ dese
 rimus, quandoquidem in conspectu tuo
 ne cœli quidem mundi sunt, quantum
 uis splendido decore perornati. Omnis
 nostra consolatio, in filio tuo Domino
 nostro I E S V Christo, cuius liuore sana
 ti sumus: Conclufisti omnia sub peccato,
 ut omnium miserator miserearis, mise
 rere peccatorū, quos filius tuus tam præ

PSALMI L.

cioso precio tibi uendicauit. Miserere nostri Deus post excessus nostros, qui superioribus seculis multos peccatores oculo misericordiae respexisti, & ad conuiuium patriae coelestis reduxisti per gratiam, unde per culpam ruere, ut & nos ex corde poenitentes, post huius uitae finem, his annumerati, te facie ad faciem in perenni gloria exultantes contemplemur, per IESVM Christum filium tuum qui tecum in unitate spiritus sancti uiuit & dominatur Deus in omnia secula,
A M E N.

Haganoæ per Iohan. Sece.
Anno .M. D. XXVII.

P S A L M I L.

Quo precio tibi ueniamus, miserere
mihi, domine, et in misericordia tua
non desinas me. Quia iniquus
conceptus est cor meum, et in
iniquitate concepta est uenter
mea. Non est inuocatum nomen
domini, neque inquitus est
cor meum. Non est inuocatum
nomen domini, neque inquitus
est cor meum. Non est inuocatum
nomen domini, neque inquitus
est cor meum.


Psalmus David


in omnia


A M E N


Hamburgensis Libr. Eccl. 1717
Amo M. D. CXXII












1. de ...
2. de ...
3. de ...
4. de ...
5. de ...
6. de ...
7. de ...
8. de ...
9. de ...
10. de ...
11. de ...
12. de ...
13. de ...
14. de ...
15. de ...
16. de ...
17. de ...
18. de ...
19. de ...
20. de ...
21. de ...
22. de ...
23. de ...
24. de ...
25. de ...
26. de ...
27. de ...
28. de ...
29. de ...
30. de ...
31. de ...
32. de ...
33. de ...
34. de ...
35. de ...
36. de ...
37. de ...
38. de ...
39. de ...
40. de ...
41. de ...
42. de ...
43. de ...
44. de ...
45. de ...
46. de ...
47. de ...
48. de ...
49. de ...
50. de ...



153334








B.I.G.

Farbkarte #13



LVCTA
CHRISTIANA

PSALMI

QVINQVAGESIMI

DEPRECATORIA.

Autore Menrado Molthero.

Haganoæ, per Iohan. Seccerium

Anno M. D. XXVII.

